BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.

...ſcus
...bid.
Par.
...laud.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

~68

~68

2-10-2-21

Num. 30. cax. 5. num. 11.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

I
00268

# CLARISSIMI VIRI ANTONII VOLSCI EXPOSITIONES IN HEROIDAS OVIDII
## PENELOPE AD VLYXEM
### ARGVMENTVM

HANC TVA PENELOPE. Finito bello quod cōtra Priamum troiæ regem duce Agamemnone decem annos ob raptam Helenam geſtum eſt: græci ſuoꝝ deſiderio in patriam nauigātes & procellis ingētiſſimis uexati ſunt: & uariis calamitatibus afflicti. Menelauꝫ ut Herodotus etiā meminit in ægyptum ad Prothea regem ut Helenā exciperet oportuit tranſfretare. Idomeneus rex e creta inſula pulſus ad Salentinos italiæ populos cōfugit. Diomedes calydone minime exceptus in italiā nauigauit. Agamemnon domū ſtatim quom ſeſe recepit ab Egiſto uxoris Clytemneſtræ fraude trucidatus ē. Aiax Oili filius Locrenſium rex Palladis ſydere agitatus ſcopuliſqꝫ euboicis ad caphareum inſulæ promōtorium naufragus ictū quoqꝫ fulminis afflatus uitam exhalauit. Vlyxes filius Laertæ ex Autolica Autolici filia decē ānos fere circum omia maria uaſtiſſimis iactatus tempeſtatibus errauit. Ad quem Penelope Icari uiri calamitatis inſciam ultimo anno hāc epiſtolā ſcripſiſſe fingit Ouidius. Quæ cum nō erroribus remoratum uirum: ſed amore in aliena patria pellectum exiſtimaret: blanditiis & ſuoꝝ recordatione & ad eius amorē: & ad propriæ ſedis larem laborat reuocare. Tua. quæ hactenus tibi ſeruat fidem & ſi abfueris. xx. annos. Lento. tardo & nō cupido ad redeundum. Lētus eſt ocioſus & ſine curis tam amoris q̄ aliaꝝ reꝝ. ut in buc. Tu Tytire lentus in umbra. Lētuſ ē ēt flexibilis ut Virgilius Lēta ſalix quātū pallēti cedit oliuæ. Troia iacet. Soluit quod obiici poteſt ſuo more facit ut Phedra ad Hippolitū. Quid epiſtola lecta nocebit. Vix Priamus. Captatio eſt beniuolētiæ ab aduerſario eum in odium ducēs & cōtemptū ac ſi dicat. Nō fuit tanti precii Priamus & ipa troia quāti puellaꝝ græcaꝝ extitit incōmoditas quæ tanto tēpore uiris caruere. Errant qui hoc loco perſuaſionem eſſe dicunt. Danais. Danai græci dicuntur a Danao argiuoꝝ rege. O utinā Exclamatio eſt ex affectu cum deprecatione. Oſtendit enī aduerſarii rem importune atqꝫ iniuſte factam. De raptu Helenæ latiꝰ ſuo loco dicemus. Lacedemona. Lacedemon urbs eſt laconiæ quæ ſubiicitur taigeto monti condita fuit a Lacedemone Semeles filio eadem ſparte dicitur. Nō ego deſerto. Incōmoditatem

ſuam exprimit ob Paridis ſcelus. Frigida. Senex ſine uiro & ſo-
bolis procreatione. Tardos. Quos lōgos facis abſētia tua. Spa-
tioſam. Quæ longa & ſpatioſa uidetur in texendo & detexendo.
Pendula tela. Anthinous apud Homerū i concione ad Thelama-
chū i odiſſ. ſic loqtur referēs Penelopes uerba. Iuuenes proci ſi
periit Vlyxes expectetis dū ueſtem intexā: ut cum moriatur La-
ertes nō funebri careat operimento: & achiuæ ne me repreben-
dant. His uerbis elati animi flectebantur: & magnam telam orſa
interdiu texebat: noctu accenſo lumine detexebat: ſic nos trien-
nio latuit: & detegente ancilla eam detexentem quarto anno de-
prehendimus. Viduas. Propter abſētiam tuam. Quādo ego
Animi ſollicitudines mōſtrat: quæ ab amore ſurgunt & affectu.
Solliciti timoris. Terentius inquit in amore eſſe dolores: timo-
res: inſidias: ſuſpitiones: dolos: & fraudes. Idem Seneca ī epl'is.
& amorem hic diffiniuit. In te fingebam. Cōfirmat exemplo ſu-
ſpitiones & timores ſuos. Fingebam componebam unde fictorēs
& figuli qui uaſa fictilia componūt. Nomine ī hectoreo. Quo-
tiens audio Hectoris nomen tibi timeo. Antilochum. Antilo-
chum Neſtoris filium dextra Herculis cecidiſſe tradunt alii: non
nulli Aeneæ: quidam Memnonis. Fuit & alius Antilochus filius
Herculis quē Paris trucidauit. Meneciaden. Patroclus Mene-
cii filius ut Strabo meminit opuntius patria Achillis qui ob rap-
tam ſibi Hippodamiam bellare negabat armis indutus in bellum
prodiit Euphorbius primo eum uulnerauit ad interitum. Deīde
ab Hectore multis obſcenisq; uulneribus confoſſus extinctus ē:
quod grauiſſime græci tulerunt. Falſis. non ſuis ſed Achillis.
Succeſſu. Deſiderio. Thlepolemus. Phileus rex theſprotiorū
filiā habuit Aſtiochen. Ex hac capta eſyra urbe Hercules Thle-
polemum genuit: qui rhodo & ex aliis inſulis nauibus. xi. in bel-
lum troianum pfectus eſt. Sarpedon Iouis filius liciæ rex Thle-
polemum interemit: Sarpedona Patroclus. Liciam Sarpedonis
licii. Deniq;. Cōcluſio eſt argumentationis. Sed bene conſulu-
it. Arguit ab auctoritate. Nam quod uolebat diis curæ dicit fu-
iſſe ut efficeretur. Deus æquus. Aut Hymeneus qui cōmunis
erat in nuptiis: ſeu Cupido qui utriuſq; curabat æquum amorē.
Viro. Vlixe. Argolici duces. Neſtor Menelaus Agamemnon
& rem ponit in ſuſpicione: ut ſit: ſi alii rediere: cur tu lentus es.
Fumant. Propter ſacrificia. Barbara præda. Maiores hoſtium
ſpolia diis referre ſolebant & templorū poſtibuſq; ædium affige-

Terentius.

re. Grata fert. Commouet ad miſericordiam & cōmiſeratiōnē
Facta troica. Alii fata legunt. i. mortes troianorū. Iamq; aliqs
Amplificatio eſt. Hac ibat ſimois. Strabo inqt libro. xiii. Poſt
rhetheum eſt ſigeum urbs diruta & nauale & achiuorū portus &
achaica caſtra ubi eſt lacus quem ſimois & ſcamander flumina fa-
ciunt & loca paluſtria oram maritimam exaggerātes. Ac ſigeum
diſtat a rhetheo. lxx. ſtad'. ora ſubiecta eſt ilio ad ſigeum tumu-
lus eſt Achillis: Patrocli & Antilochi quibus ilienſes ſacrificāt.
Regia. ilium. Aeacides. Achilles. Iupiter ex Egina Aſopi genu-
it Aecum: Aeacus Pelea Thelamonem & Phocū. Peleus Achil-
lem ex Thetide Chironis filia. Hic lacer admiſſos. Qui ad illud
referunt q post mortem Patrocli Achillis equi attoniti ueluti ī
tumulis columnæ ſubſtiterint uehementiſſime errant. Sed illud
exprimit q achillei pauefacti ſunt eq magnitudine corporis hec-
torei: cum Achilles id ad currum ut raptaretur circum pergama
religaret. Nam idem Ouidius ad Liuiam Druſillam de deplora-
tione Germanici inquit.

Hoc erat Andromache cum uir religatus ad axem
Terruit admiſſos ſanguinolentus equos

Lacer enim non alacer legendum eſt. Admiſſi equi dicuntur ad
curſum effuſi ut in primo de arte amādi. Hic erit admiſſa meta p̄-
mēda rota. Et libro de triſtibus. Et iuuat admiſſo ſubdere calcar
equo: Equos. Achillis: cum ad axem religaret cadauer Hecto-
ris. Equi enim a carcere effuſi nō miſſi ut quidam putauerūt: ſed
emiſſi dicuntur & admiſſi. Miſſo nato. Vnde ſit facta cōſcia enar-
rat. Pallas apud Homerū in odiſſea in formam Mentæ Anchiali
filiæ regis thaphiorū ad Thelemachum ſic loquitur. Primum igi-
tur Pilon appellas & de Vlyxe inclytum Neſtora inde ſparten
flauum Menelaum perconteris. Hic enim ultimus græcorū redi-
it: Acceſſit Thelemachus de patre ſciſcitatum nihil reportans:
itacæ patrem Vlyxem apud Eumeum ſtabuli paſtorem inuenit.
Paulo poſt ad Penelopem matrem properans nihil de Vlyxe
conſulto: Nam (ſic iuſſerat pater) cōmonefecit enarratis omibus
quæ a Neſtore & Menelao acceperat ut Homerus meminit in
odiſſea. Vnde aīaduertenda eſt poetæ ingenii ſublimitas qui ut
ab Homero non modo non diſſentiret: ſed diligentiſſime imi-
taretur poſt reditum Thelemachi: & anteq̄ in uxoris cognitio-
nem ueniat Vlyxes (nam duos dies mendici habitū latuit) epl'am
effixit. Rhœſū. Rhœſus auctor Septimio uolumine. iii. Ionei

ouid.

ouid.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

genitus thracum rex in auxilium Priami cũ copiis aduentans eas
apud peniſulam locauit: ibiqꝫ troianos operiebatur: ut tutius ſe
ſe cum copiis troiam reciperet & equis candidiſſimis: quibus fa/
to tributum erar: ſi aquam xanthi fluminis bibiſſent: & troiana
pabula deguſtaſſent: fore ut troia nunquam a græcis capere/
tur. Dolon Eunide filius ut Virgilius in. xii. eneid. meminit ad
Rhœſum mittitur promiſſis ab Hectore (ſi quãdo haberentur)
Achillis equis incidit in nocturnas excubias Vlyxem & Diome
dem: qui re accepta Dolonẽ ſuſpendio affecerunt. Deinde Rhœ
ſi caſtra aggreſſi cuſtodiis dormientibus Rhœſum interemere:
& nonnullis aliis cæſis equos & currus in græcorum caſtra abi/
gerunt. Hic ſomno. Rhœſus dormiens trucidatus ẽ. Ille do/
lo. Quia pollicitationibus uictus Dolon conſilia ſui domini pate
fecit: quare ſupplicio affectus eſt ut inquit Septimius. Auſus eſ
o nimiũ. Licentia eſt. Nam ad maritum confidentius loquitur.
Vno. Diomede. At bene. Incautus & mei immemor factus eſ.
Vſqꝫ metu micuere ſinus. Oculi mei præ formidine uacillabãt:
& eſt plautina locutio. Is inquit oculi micant præ formidine.
Sinus oculorũ acies non pectus. Iſmariis thraciis. Quia thrax
erat Rhœſus. Iſmaros mons eſt thraciæ. Amicum. græcum.
Timebat quia equi humana carne ueſcebantur. Sed mihi quid
prodeſt. Locus a commiſeratione quæ demonſtrat qualis ſit.
Ilios. Ilion & ilios dicit̃ arx troiana ab Ilo rege ut Meſſala eſt au
tor. Pergama. Troiana menia. Incola. Incolæ ſunt aliũde ue/
niẽtes ut colant locum.. Phrygio. Troiano. Ferreus lateas.
Ad id accedit quod dixerat eum lentum ſuperius. Quiſquis ad
hæc uertit. Oſtendit ſollicitudinem ſuam: & officium laudat ĩ ma
ritum. Charta notata. Fingit poeta nunquam ad Vlyxem Pe/
nelope dedit litteras dum erraret. Pilon neleia. Pilos urbs pe/
loponeſſi ut autor eſt Strabo triphiliaca & lepreatica.: mari ſu/
perincumbens: quam Homerus emathoenta uocat: & Neſtoris
patriam aſſerit: ad orientem uerſus prope pilon mons eſt nuncu
patus a nomine Minthes: quam ferunt pelicem extitiſſe Pluto/
nis: & cum a Proſerpina eſſet deprehenſus: eam in mentam uer/
tiſſe: quam nonnulli Hedyoſmon uocant. Miſimus. Inſcia Pe/
nelope Thelemachus ad Neſtorem profectus eſt: & Euryclíæ
nutrici indixit ne matri ſuam profectionem ante diem. xxii. pro/
deret. Neleia. Neleus Tyreæ Salmonei ex Neptuno filius
eiectus a fratre Pelia ut Diodorus autor eſt pylon condidit: qui

accepta uxore Clori Amphymonis thebani filia. xii. liberos ge/
nuit. Quorꝫ ſenior Peryclymenus extitit: iunior Neſtor: q bel/
lo troiano interfuit: qui tunc tertiam ætatem agebat. ut ĩ metha
morphoſi. Nunc tertia uiuitur ætas. Sparten. Lacedemona ad
Menelaũ. hoc quoqꝫ fictũ ẽ. Neſtor ut Homerus tradit poſtqꝫ
ſatis laudauerat Vlixen: de eo negat ſe certi aliquid habere. Per
ſuaſit tamen ut ſparten proficiſceretur: & de patre a Menelao ſci
ſcitaretur. Quod cum effeciſſet Thelemachus: Menelaus idem
quod Neſtor de Vlyxe reſpondit: Thelemachum tamen patera
& peplo donatum remiſit: pateram uulcanus effinxerat: peplum
intexuerat Helena. Menia Phœbi. Troianos muros. Laume/
don in fabricandis menibus troianis adiutores habuit Apollinẽ
& Neptunum. Starent. Locus eſt a contrario. Iraſcor uotis.
Correctio eſt quia contra uoluntatem dixerat. Scirem ubi pu/
gnares. Ratio eſt quare eſſet utilius quod troia nõ eſſet diruta.
Quid timeã ignoro. Et ubi ſis & in quis piculis uerſeris. Area
lata. Tranſlatio eſt. Patior inquit infinitas ſollicitudines. Stul/
te. Quia non periculis marinis aut terreſtribus: ſed amore cap/
tus remoraris. Peregrino amor̃. Alludit ad id quod Vlixes &
a Calypſo & a Circe detentus eſt. A Circe in circeo monte duos
annos uel ut alii tradunt unum: ex qua genuit Thelegonum. A
Calipſo Atlantis annos ſeptem in ogigia inſula. quæ eſt inter ſi
ciliam & africam. Ex hac Auſonem genuit: a quo pars illa italiæ
quam ſamnites incoluerunt auſoniam appellatam Pompeius tra
dit. Ruſtica coniunx. Arguit ab exiſtimatione. Lanas rudes.
Mulieres apud uetuſtiſſimos a lanificio cõmendabantur ut Plu/
tarchus in Romulo tradit. Accius in Vlyxe Penelopem cõmen
dat mirꝫ ĩmodum a lanificio. Hoc crimẽ. Quod præter me ali
am ames. Me pater Icarius. Conſtantiam ſuam & officium cõ/
mendat: ut oſtendat Vlyxem non iure alterius amor̃ detineri &
ut ad ſeſe amandam cõmoueat. Penelope filia fuit Icarii ex Poly
caſte fratres habuit Leucadium & Alizam: de quis meminit Stra
bo. Dulichii ſamiiqꝫ. Confirmat expoſitionem & cõmendatio/
nem ſuam. Minerua in formam mentæ apud Homerũ in primo
odiſ. ſic loquitur. Quod nam hoc epulum? Qui hic hominum ce
tus? cui tibi uſui ſunt? Cõuiuium ne an nuptiæ? Neque enim tibi
hoc lucro fore arbitror. Maledici & ſuperbi his uidentur in edi/
bus. Ad quam Thelemachus inquit. Omnes inſularꝫ dulichii ſa/
mi ſiluole zacynthi: Aſperæ itacæ principes matrem ſibi ſpõſã



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

appetunt: & noſtras conſumunt facultateſ: ipſa neqꝫ abnuit: exo
ſas nuptias neqꝫ conſumat. Sed illi oẽm domum fortaſſe & me
etiam perdent. Dulichii ſamiiqꝫ. Verſus totus eſt ex Homero.
Dulichium ſamos & zacynthos inſulæ adiacent epyro. Dulichi/
um eſt una echinadum: hodie dolicham uocãt: ſamos altitudo &
ſummitas dicitur. Nonnulli dicunt appellatam ſamon a ſaiis pri
ſcis thraciæ cultoribus. Zacynthos eſt nemoroſa non ultra ſexa
ginta ſtad'. ambitus eius eſt. Vrbs in ea fructifera fuit eiuſdẽ
nominis. Alta. Ad arborum proceritatem referendum eſt nõ
ad montes. Proci ruunt in me. Et per adiectionem legas tur/
ba luxurioſa. Proci omnes fuerunt numero centum octo: famuli
ſex: ut Homerus xvi. odiſ. teſtatur. Dulichii duo & .lx. quos ſe
quũt ſex famuli ſamii quatuor & uigĩti. Zacynthiceni .xx. Itacẽ
ſes duo & uiginti ex optimatibus: cum quis erant Medon preco
& Euphemius Therpii filius. Ex his .xv. noĩantur ab Homero.
Antinous Empithi filius itacenſis. Eurimachus polybi: Euryno/
mus: Aegyptii herois: Leochritus Euenoris: Amphinomus:
Neſo Areti regis progenitus qui fuit dulichius ex primoribus ĩ
ter procos: Pyſander Polyctoris: Chtheſippus Polydectæ ſami
us. Aglaus Damaſtoris: Theoclymenus: Leocles Enopi: Am/
phimedon: Demoptholemus: Polybus: omẽs cecidere præter
Medonta preconem: & Euphemium cytharedum. Viſcera no/
ſtra. Quia cum tuas opes dilapidant noſtra uiſcera dilaniare ui/
dentur. Anthinoiqꝫ manus. Antinoi non alcinoi legendum ẽ.
Nam Eurymachus & Antinous erant inter procos principes.
Turpiter. Nam dedecus tibi inferre uidentur: & conatur uirum
ad reditum cõmouere. Sanguiue. Bello. Irus egens. Irus ita
cenſis fuit mendicus ſtultus ut Homerus libro .xviii. odiſ. teſta
tur: magnus corpore: ſed nullis uiribus Arneo illi nomen a ma/
tre inditum fuit. Is cũ Vlyxe mendico ſimili in domus eius atrio
itace manum conſeruit: & cum cuperet eum domo ꝓpellere pri/
mo Vlyxem in humero percuſſit. Tũ Vlyxes eius ceruici ſecun
dum aurem plagam inflixit: ita ut confracto oſſe ſanguinem con
ſpueret: & ita concuſſis dentibus decidẽs calcibus terram impe/
tebat. Tunc Vlyxi dat Antinous magnum omaſum pingui & ſã
guine plenũ: qui antea Iro minatus fuerat: ſi ſuccubuiſſet ſe illũ
miſſuꝝ in epiꝝ ad regem Ethetum mortaliũ oĩm peſſimũ: qui ho
min ĩ aures & naſum & teſtes incidẽs canibus deuorãdos dabat.
Melanthius. Melanthius Dorili filius ouium cuſtos cũ ĩ procoꝝ

cœnam lectiſſimos ouium greges ageret duobus paſtoribus co
mitatus in Eumeum & Vlyxem in mendici habitu domum pro/
perantem ad fontem in itaca incidit: non cognito Vlyxe aſperiuſ
in eos inuectus eſt: qui ſic ĩ. xvii. odiſ. obloquitur. En malus ma
lum ducit. Sic ſemp deus ſimiles iũgit & poſt aliquot uerba præ
teriẽs temerarius Vlixis ilia calce percuſſit id patientiſſime tulit
Vlyxes ne det˒geretur. Hunc Philetius & Eumeus cũ arma ſuf
ficeret procis deprehendentes deuinctis pedibus & manibus ad
cubiculum traxere: & efferentes ad trabem uſqꝫ pendẽtem lique
runt. Philetius paſtoꝝ magiſter fuit & uaccaꝝ cuſtos patria ce/
phalenius. Tres ſumus imbelles. Concluſio eſt a cõmiſeratio/
ne in qua monſtrat ex familiæ debilitate ꝙ celerrime in patriam
Vlyxeſ properare debeat. Ille per inſidias. Antinous ut autor
eſt Homerus nauim miſit ut Telemachus pylo proficiſcens inte
rimeretur: ſed Palladis auxilio leuatus ẽ. Ille meos oculos. Cõ
miſeratio ab officio nati in parentes. Apud maiores lumina uita
functis propinquiores claudebant. Contra ut Varro in gemma
teſtatur. Lex Meuia iubebat quæ eſt ne filii parentibus ſugillẽt
oculos. Hoc faciunt. Precantur deos de reditu tuo. Cuſtoſqꝫ
boum. Philetius. Longeuaqꝫ nutrix. Euryclia Pyſenoris filiã
nutrix Vlyxis fuit: quam Laertes emerat .xxx. bubuſ impuberẽ
& caſtam ſeruabat. Cura fidelis haræ. Etheſius Ormenis filius
rex in ſcyria ultra Ortygiam filium habuit Eumeum: huius nu/
trix fuerat pheniſſa mulier Aribantis quæ a thaphiis empta fue
rat. Subducta a mercatoribus phenicibus pueꝝ & tres caliceſ ad
ducens nauim conſcendit. Septimo die ſagittis a Diana confoſſa
in mari a nautis ꝓiicitur. Mercatores itacam appellẽtes Eumeũ
Laerte uendiderunt: & porcoꝝ cuſtodiæ additus aulam fecerat
itace in edito loco abſente Vlyxe ſine alicuius auxilio tantũ lapi
dibus & ſepe circundatam: & configenſ perticas inter haras .xii.
contignas conſtituit: in quaꝝ ſingulis. quinquagĩta fetæ claude
bantur porcæ. Mares enim extra degebant lõge pauciореſ. Nã
his proci ueſcebãtur aſſiduo. Ad quos ſubulcus mittebat quẽqꝫ
pinguiſſimum. Fuerãt enĩ trecẽti ſexaginta ad hoꝝ cuſtodiam
quattuor canes ferociſſimi erant additi: & cũ Eumeo tres ſubul/
ci. Cura. Eumeus. Immunde. Quia porcoꝝ ſtabulum imundũ
eſt. Sed neqꝫ Laertes. Cõmouet ad miſericordiam ab impoſſi/
bilitate paterna. Thelemacho ueniet. Ab impoſſibilitate filii:
& alludit ad illud Homeri in .ii. odiſ. Cum Minerua in formam



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Mentoris:cui Vlyxes totam cõmendauerat domum ad Thele/
machum loquitur. Thelemache neq; timidus neq; ſtultus in po
ſterum eſto. Iam tibi paternus uigor eſt:te ei ſimilẽ & re & uer
bis reddas. & paulo poſt pauci enim filii patrem referunt. Maxi
ma pars deterior:minima melior. Eſt tibi. Cõmoditatem & re
ditus cauſam atq; neceſſitatem oſtendit. Te diſcedẽte. Iam an
nus uiceſimus agebatur ab Vlyxis in expeditionem troianam di
ſceſſu. Quare uериſimilius eſt Penelopen ad ſenium deueniſſe.

## PHYLLIS AD DEMOPHOONTA ARGVMENTVM

HOSPITA DEMOPHOON. Pelops Tantali filius
ex Hippodamia Enomai genuit Liſidicem & Pytheum
Lyſidice Alcmenam. Pytheus Throezenius Aethram. Alcme
na Herculem ex Ioue. Iphiclum ex Amphitryone. Aethra ex
Aegeo Neptuni & Meropes filio Theſeum qui autore Plutar/
cho athenas condidit. Theſeus ex Perygone Sigindi filia Mena/
lippum. Ex Ariacna Staphilum & Inopionem autore Inochio.
Ex Anthiope quam Dindymus Hyppoliten appellauit Hyppo
litum. Ex Phedra Achamanthum & Demophoontem ut Diodo
rus tradit. Demophoon e bello troiano rediens ad accipiendũ
athenarum imperium properabat. Acceperat enim Mneſtheũ
ex Orneo Erethi natum qui erat ex tribu Pythea athenienſium
regem cum e troia rediret ut Euſebius autor eſt in melo inſula
deceſſiſſe:quæ eſt in ægeo contra cretam. Ingruente uentorum
ui in thraciam naufragus appulit. Phyllis Lycurgo Dryantis ex
Clyſtumena colchica ut meminit Homerus progenita eum ho/
ſpitio benigniſſime excepit:atq; eius amore capta thalamo ſibi
iunxit. Paulo poſt Demophoon refecta claſſe & a puella impe/
trato diſceſſu ad ſuſcipiendum imperium nauigauit ſeſe intra mẽ/
ſem rediturum pollicitus. Demophoõ itaq; urgẽte neceſſitudine
cum ſtatuto tempore non rediret:& iam quattuor menſes præ/
terierant:Phyllis de amantis reditu deſperata & epiſtolam ſcri/
bit & ſeſe in arbore amygdala ſuſpendio affecit:quæ ſtatim aru/
it. Sed poſt quartum menſem cum rediiſſet Demophoon & arbo
rem amplecteretur:reuiruiſſe fabulæ cecinerunt. Troguſ aſſerit
Demophoonta poſt exilium ſuum anno. xiii. regnum ſuſcepiſſe

& oblitũ Phyllidis. xxxiiii. regnaſſe. Euſebius uero. xxxiii. Epi/
ſtola omnis eſt ſollicitudine & curis referta. Vbiq; lamẽtatio:
ubique doloris idicium:exitum habet tragicum. Rhodopeia.
Thracia. Rhodope mons eſt thraciæ altiſſimus & niuoſus. Ali/
quando mulier credita:quæ quia ſe cum uiro Aemo diis pares
haberi uoluerint in montes a Ioue ſunt uerſi. Promiſſum tem/
pus. Quĩtumdecimum diem ſeu quartumdecimum. Cornua cũ
lunæ. Pacta tempora circumſcribit. Luna. xiiii. diebus a reuolu/
tione in orbem ſua iungit cornua. Plynius ait:Luna quia proxi/
ma eſt cardini ideo nimio ambitu uicenis diebus ſeptenisq; & ter
tia diei parte peragit ſpatia quæ Saturnus triginta ãnis ſydus al
tiſſimum & tardiſſimum agit:& ſi quando in coitu ſolis curſus re/
moretur biduo a. xxx. die iterum redit ad priſtinum. Luna a luce
dicitur eadem Mene lingua ſabina. Vnde menſis ut Varro me/
minit. Nam in duodecim ſpatia ãnum metitur:quæ ſingula mẽ/
ſes appellamus. Coiſſent. Iungerentur ut orbem efficerent.
Luna quater latuit. Iuſte queri demonſtrat. Attheas. Atheni
ẽſes. Atte littus ſignificat ul' ut autor ẽ Strabo. Attica ab Acti
de Granei fil. ut alii tradidere ab Attheone dicta eſt. Sithonis
Mare threicium. Thracia ut Gellius meminit ſithon antiquo uo
cabulo nuncupata eſt:Vnde deductum patronymicum ſithonis
Apronianus tradit ꝙ Sithon fuerit Phyllidis pater:a quo olyn/
thus litoralis urbs ſit nuncupata:& ab eo etiam dici apud Vir/
gilium in buccol. Sythoniaſque niues. De olyntho meminit He
rodotus libro ſeptimo. & ſithonia unde non ſithonis & ſithoni/
us ut Theredo putauit:ſed ſithonias & ſithomachus patronymi
cum & patrium inclinãtur. Tempora ſi numeres. Captat beni/
uolentiam a perſoan ſua:& eſt principium ſuæ narrationis.
Spes fuit lenta. Suſpenſa. Oratio eſt:ac ſi dicat ſemper mihi fu/
it de tuo reditu feruentiſſima ſpes:nec credidiſſẽ te non reditu/
rum. Et ideo quæ tarde ſunt credita hoc eſt quæ uix creduntur:
cum eueniant lædunt. Credimus in præſentia te non reditu/
rum & deſperamus. Inuita amante. Nam etiamnum in ſpe uer/
ſari cuperẽ. Theſea deuoui. Cõtra hyſtoriã. Nã lõge ante bel
lũ troianũ Theſeus ẽ extĩctus. Deuouere ẽ ĩpcari & maledicer̃.
Interdum timui. Cõmendat officium ſuũ in Demophoontem.
Hebri. Hebrꝰ fluuiꝰ thraciæ ẽ:diſcurrit ĩter priãtas & dolõgos

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

tangit & cyconas. Finxit. Animo meo cõpoſuit. Ad cauſas.
Quibus detineri potuiſſes. At tu lentus abis. Locus a con/
trario. Nam poſt ſui officii commendationem Phyllis peierati/
one & ingratitudine arguit Demophoontem. Niſi non ſapien
ter amaui. Concedit crimen reiiciens culpam in Demophoonta.
Iura fides. Endiadis eſt iurata fides. Exponit per ſermocinatio/
nem. Nam cõmorando in re exponenda & pertractanda eam du
cit ad exuſcitationem. Deus. Cupido. Hymeneus. Deus nup/
tiaꝝ. Auum tuũ. Aegeus Theſei pater cum decidiſſet mari no
men dedit. Alii appellatum uolunt ut Varro ab inſulis ꝙ in eo
mari ſcopuli uocãt a ſimilitudie capraꝝ ægæs. Facuuius Aeges
ferme aderant æquore in alto ratibus repentibus. C. Balbuſ ma
re ægæum ægon appellauit in primo argonaut. cum dicit. Vix
littore puppem Soluimus & quãto fremitu ſe iuſtulit ægon. &
Papinius libro qnto thebaid. Et in numeris qua ſpumifer attulit
ægon. Altera tæla arcus. Idem in amoribus. Ecce puer Vene
ris fert euerſamqꝫ pharetrã: Et fractos arcus: & ſine luce faces.
Iunonem. Iuno pronuba matrimonio præerat ut dicemus. Miſti
ca ſacra. in eleuſine ſacra miſtica Cereri nocturno tẽpore fiebãt.
Legifera Ceres eſt dicta ut Diodorus & Plinius meminere quia
prima mortalibus leges dedit. At laceras puppes. Cõmemo/
rat beneficia in Demophoontem Phyllis ut iure eius ingratitu/
dine queri uideatur. Credimus. Repetitio eſt. Tot pignora.
iuramenta. Sũma ꝙ te portu & domo ſuſceperim. Turpiter.
per cõcubitũ. Speraui meliꝰ. Honeſtat cauſã ſuã a ſpe. Ope/
roſa gloria. Cõmouet miſericordiã a ſimplicitate puellari. De/
cepta & amanſ. Cõtra Virgilii ſentẽtiã qui dicit qs fallere poſſit
amãtẽ. Statuaris media urbe. Laudes Demophoõtis deprimit
& irridet: ac ſi dicat: dignũ eſſe titulo & ſtatua ꝙ puellã decepe/
rit. In media urbe.. Hoc nõ ad Theſei domũ quæ erat atheniſ
referendũ eſt ut quidã inſcii putauerunt. Sed id dicit quod Plu/
tarchus meminit. Inquit enĩ athenienſes ab oraculo reportaſſe
ut Theſeos oſſa quæ in ſcyro inſula erant ſepulta in patriã repor
tarent. Longo poſt tempore Cymon athenienſium dux cum in/
ſulã in ſuũ imperiũ redegiſſet: curioſus ſepulchrũ Theſei repire aq
lã uidit terrã unguibus effodiẽtẽ. Ibi cũ effodi iuſſiſſet: oſſa iuẽta
ſunt ĩ urna cum pilo ferreo. Atheniẽſes locum athenis pene in
media urbe elegerũt: & illic urnã cũ oſſibꝰ locarũt. Aſylũ quoqꝫ
oĩ miſeroꝝ & paupũ ibidẽ cõſtitutũ ẽ. Deĩ Theſeo ſacra octa
uo menſis die ſẽper celebrata ſunt. Theſeus enim athenis ſtatuã
habuiſſe in hyſtoriis non legitur: nec Ouidius affirmat. Sed in/
quit Phyllis fiat ſtatua tibi & parenti Demophoon: & pater oſtẽ
dat ſuos titulos tũc tuo generi maximo dedecori fueris. Cũ fue
rit lectus ſcyron. Scyron Caneti & Enyoches Pythei filius ĩ me
gara habitabat ea loca quæ ab eo dicta ſunt ſcyronides petræ.
Is enĩ ſpoliatos uiatores ꝑ petrã præcipitẽ agebat. Alii tradũt
hoſpites ieiunare coegiſſe: deinde porrectũ pedibus ꝑ ſuꝑbiam
panẽ cũ apprehẽderẽt: calce in mare e petra præcipitaſſe. Scrip/
tores megarẽſes aſſerunt Scyronẽ bonũ uiꝝ fuiſſe: & ex Euclia
eius filia ex Claride uxore natos eſſe Pelea & Thelamonem ex
Aeaco. Procuſtes toruus. Procuſtes ut Diodorus autor ẽ cur
dalũ locũ acticæ habitabat: cogebatqꝫ uiatores lectũ aſcenderẽ:
ſi lecto lõgiores extitiſſent: eminẽs illa pars ãputabatur: At bre
uiores pedes ui tractos uſqꝫ ad ſpõdã extendẽs taucidabat. Et
Scynis. Scynis ſæuiſſimus prædo iſthmũ incolens hoies alliga/
bat arboribus: & in altũ emittẽs diſcerpebat in ꝑtes: ipſe uero in
uarias figuras uertebatur. Et tauri mixtaqꝫ forma uiri. Nota ẽ
fabula apud omẽs ut Theſeus filo labyrinthi cæcas ambages re
ſoluens Minotauꝝ Paſiphaes & Tauri dictæi filium qui ſemiuir
erat & reliquus bos ĩteremerit. Et domitæ bello thebæ. The
bæ urbs boetiæ a Cadmo condita ad quẽ geſto bello quo ſep/
tẽ reges Aetheocles: Polynices: Tydeuſ: Hippomedõ: Capa/
neuſ: Amphiaraus: & Parthenopeus perierãt: & Adraſtus eo/
rum dux rex argiuorum ſolus euaſerat. Creon thebaꝝ rex qui
Aetheocle ſucceſſerat interẽptoꝝ corpora ſepelire nõ ſinebat.
Theſeus uero ut Papinius meminit. xi. theb. argiuaꝝ133 mulieꝝ ꝓ
cibus cõtra Creontẽ mouit exercitũ: quo interẽpto thebas ex/
pugnauit: ĩcẽditqꝫ. Nõnulli tradũt eã liberã reliquiſſe. Fuſiqꝫ
bimẽbres. Centauri. Nã Theſeus interfuit bello lapytaꝝ & cen
tauroꝝ quod in nuptiis Perythoi geſtũ eſt: multa cẽtauroꝝ cor/
pora trucidauit: de quo legas in. xiiii. metamorphoſeos: & nos
multa diximus in primo libro expoſitionũ in C. Balbũ. Regia
cæca Ditis. Philochorus tradit Adoneũ regẽ moloſſoꝝ qui fũt
in epyro Proſerpinã noĩe uxorẽ habuiſſe: & ex ea filiã Erin: ca/
nẽ quoqꝫ miræ magnitudiniſ rapacitatiſqꝫ aluiſſe: præpoſuiſſeqꝫ
certamen: ut q filiã uellet uxor ẽ cũ Cerbero pugnaret: & uictor
aſſumeret. Theſeus itaqꝫ ut amico opã impartiret cũ Perythoo
ꝓfectus eſt in epyꝝ ad hoc certamẽ cõſumãdũ. Rex aĩaduertẽs

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

bos non ut procos uteniſſe:ſed ut ui puellā raperent iuſſit capi.
Perythous a cane interceptus diem obiit: Theſeum in carcerem
adactum Hercules liberauit :cū apud eūdē regē hoſpitaretur.
Omitto quod fabulæ canūt Theſeū cum Perithoo ad inferos di
uertiſſe ut Proſerpinam Ditis uxorē raperent. Illos. Titulos
Theſei. De tantā reꝝ turba. De tot geſtis Theſei. Nam ab eo
Scyron: Procuſtes: Scynis. Minotaurus: multa Centauroꝝ cor/
pora læto ſunt data. Creſſa relicta. Theſeus poſt interēptū in
creta minotauꝝ rapuit Phedram & Ariacnā. Ariacnā reliquit in
naxo inſula dormientē: quæ antiquo uocabulo ut Diodorus me
minit dia uocabatur. Cuius amore Bacchus cū ex indo triūpho
reuerteretur flagrans in eius currū excepit: quē lynces ductitāt
& tygres. De Ariacna quid ſenſerint hiſtoriæ ſuo loco dicemꝰ.
Creſſa. Cretenſis ariacna. Agis heredem. Heredē agere ſucce
dere ē. Succedis patri inqt in ꝑfidia. Meliore marito. Baccho.
Tigribus. Tigris ferociſſimū animal eſt & ꝑnicitate mirabile ut
plinius autor eſt. At mea deſpecti. Argumētatur ab incōmodi
tate demonſtrans quid fuerit conſecuta Demophoontis cauſa.
Doctas athenas. Doctæ athenæ ideo & a cicerone & celeberri/
mis autoribus dicūtur ꝓpter oīum bonaꝝ artiū ſtudia quæ illic
celebreta ſunt. & ꝑ irriſionē legenda ſunt iſta thracum uerba in
Phyllidē. Exitus acta probat. Omia laudanda ſunt a fine non a
caſu. & eſt Phyllidis ſermo: ut ſit: reſpexi finē nō caſum. Euen/
tu. Euentus eſt fortuitoꝝ ſucceſſio. At ſi noſtra tuo. Cōfirmat
optimū ſuū fuiſſe cōſiliū: ſi nulla fortuna auerſaretur. Sed neqꝫ
cōſului. Oſtēdit oīa accidiſſe culpa Demophoontis atqꝫ ꝑfidia.
Mea regia. Quæ erat olinthi. Biſtonia. Biſtonū ſtagnū eſt &
gens autore Plinio in thracia. Illam meis oculis. Amplificatio
qua demōſtratur Demophoōtis fallacia & Phyllidis ſimplicitas.
Auſus es amplecti. Cū dolos & inſidias aīo cōcepiſſes: auſus es
mihi blādiri. Expectem. Repetitio ē. Lapſa. Falſa labilis dū
modo redeas: nō arguā te rediiſſe lōge poſt ſtatutum tempus.
Quid p̄cor infœlix. Ex deſperatione cōfirmat Demophoōta nō
redituꝝ. Altera cōiux. De Demophoōtiſ cōiuge nō hactenꝰ le
gi. Pltarchꝰ tn̄ iqt Demophoontē ex Laodice uirgine clā cogni
ta Mimydnū genuiſſe: ad quā fortaſſe alludit poeta. Quæ tibi
Demophoō. Veluti ad igratū quæ ſit manifeſtās beneficioꝝ ex/
probrationē nāciſcit̃ & ita nāciſcit̃ ut ad miſericordiā cōmoueat
Licurgi. Licurgus pr̄ phyllidis ut diximꝰ. Vix ſatis apta. Tam

lata erant paterna regna quæ fœmineo imperio non apte regi
poſſe uidebantur. Qua patet. Fines ſui regni deſignat. Aemuſ
mons thraciæ ſex. mil. paſſ. arduus de rhodope & ebro diximꝰ.
Cui mea uirginitas. Augetur beneficioꝝ cumulatio. Siniſtris
auibus. Infœlici augurio nihil maiores noſtri inauſpicato facie/
bant. Inquit bubones & ſtryges dedere augurium noſtri matri/
monii. Zona recincta. Cingulo noua nupta præcingebatur ex
ouis lana facto ut Pompeius auctor eſt: quod uir in lecto ſolue/
bat: ut ſicut illa in domū ſublata cōiūcta inter ſe ſit: ſic uir ſuus ſe
cum cinctus uinctuſque eſſet. Pronuba Tyſiphone. Non Iuno
fuit pronuba in noſtris nuptiis: ſed furiæ. Auis deuia. Feralis
ut ſtrix & bubo: ac ſi dicat pro epythalamio ferales aues infœlix
carmen cecinere. Affuit allecto. Pro hymeneo: quæ erat orna
ta ſerpentibus. Face ſepulchrali. Funeſta. In matrimonio ignis
& aqua adhibebātur ut inquit Varro: quoniam calor & humidū
ſint cauſa generationis. Inquit non læta ſed funeſta fax in noſtris
nuptiis eſt adhibita. Mœſta tamen ſcopulos. Cōcluſio. eſt a cō
miſeratione ea eſt cum oſtenditur in quibus incommodis aut cō/
modis ſimus: ut Cicero dixit. Et ſi quæ nobis futura ſunt ſi non
obtinuerimus quæ petimus: ſubiicientes nos ipſos & noſtram ſa
lutem illorum poteſtati quorum miſericordiam captare uolueri/
mus. Laxat̃. Terra luce ſolis ſydere laxatur: nocte uero lunæ
frigiditate concreſcit. In freta procurro. Amplificat rem ſuam
ut commoueat amantem. Eſt locuſ. Thopographia eſt. Deſcri
bit abruptum locum unde fuerit animus ſeſe deiicere. Adduc/
tos. Contractos. Modice temperate. Rigent. aſpera ſunt: &
horrenda. Intumulata. ac ſi dicat etiam extīcta tua cauſa patiar
aduerſa hoc eſt caream honor̃ ſepulturæ ut te ſequar. Duricie
ferrum. Mouet affectum. Vt. Quanuis. Teque. Qui adamā
te es durior. Adamas autore Plinio eſt lapillus duriſſimæ mate
riæ & inuicibilis: qui ſolo hyrcino ſanguine mitigatur. Iuuat.
Conuerſio eſt: ea enim efficitur quotiens non in principio ſed
in fine uerbum repetimus. Vt populus Romanus pœnos iuſti/
cia uicit. Populus Romanus numantiam armis uicit. Sic Phyllis
Sæpe me gladio perfodere iuuat: Sæpe me ſuſpēdio afficere iu/
uat. Nece matura. ac ſi dicat res mea perfici niſi nece non po/
teſt. Nam ut Nigidius dixit. Maturare eſt cum maturitate & ut
neceſſarium eſt diſcedere: uel aliqd efficere eo pacto dicimus ma
turū hoc ē perfectū tractū a maturitate pomoꝝ. Inqt enī ſedet

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

animo honeſtatem recuperare debita & neceſſaria morte. Cau/
ſa inuidioſa. Diceris odioſus amor meæ mortis. Phyllida De/
mophoō. Carmen eſt in ſepulchro Phyllidos ponendum. Ma/
num. Præbuit addidit ad ſuam necem.

## HYPPODAMIA AD ACHILLEM ARGVMENTVM

QVAM LEGIS A RAPTA BRISAE. Cilicia duplex
ē auctorē Strabone thebaica & lyrneſia. Thebaicæ Aeetiō
præerat pater Andromaches. Lyrneſiæ Mynetes. Achilleſ in
thebaica theben: in lyrneſia lyrneſum oppida expugnauit. Ex
thebe interempto Aeetione & ſeptem natis Aſtimonen rapuit
Criſei filiam regiſq; uxorem. Ex lyrneſo Hyppodamiam filiam
Briſei trucidatis uiro Mynete & fratre Epiſtropho abduxit. Bri/
ſeus ſeſe deſperatione ſuſpendit. Nonnulli ex probatiſſimis auc/
toribus tradiderunt Hyppodamiam ex pedaſo legeoꝝ oppido:
Aſtymonenq; ex lyrneſo abductas extitiſſe. Ad hoc cum græci
multas alias urbes expugnaſſēt: & id prædæ nō imodicæ quod
comparauerant inter ſe partiri uoluiſſent: Idomeneo & Neſtore
in decernendo auctoribus Agamemnoni Aſtimone datur: Aia/
ci Thegmeſſa Theutranti: Achilli Diomeda atque Hippodamia
Briſei. Criſeus qui erat ex urbe criſa & in tēplo Apollinis Smyn
thei ſacerdoſ quod erat criſe quæ non lōge diſtabat a thebe: ubi
cognouit filiam cum Agamemnone degere: ad eum ſe contulit
ſacerdotiis ut erat ornamentis inſignitus. Et cum repoſcēti filiā
cuncti ob religionem reddi ſuaderent: Agamemnon aduerſatus
a ſe reiecit. Reuertens in patriam Criſeus dira in græcoꝝ exerci
tum imprecatus eſt. Quare indignatus Apollo peſtiferis conta/
gionibus græcos affecit. Calchas ab oraculo tulit peſtem ſedari
non poſſe niſi prius Aſtimone genitori redderetur. Coactus igi
tur Agamemnon nunq̃ ſe reſtitutuꝝ dixit niſi Hyppodamiā p̄
Aſtimone ab Achille reciperet. Quæ res quanq̃ atrox uideba
tur: tamen conniuente Achille conceſſa eſt aduerſa tamen cūcto
rum uoluntate: & ſi palam nemo recuſabat. Mittit Agamemnō
p̄cones ſuos Eurybaten & Taltybiū. Hi breui Hippodamiā ad
Agamemnona abduxerūt. Quare puella dolorē pcita hāc ep̄laꝫ
ad Achillē ſcripſiſſe fingit̄. Quæ tota querimoniæ & lamētatio
niſ plena ē. Briſeide. Filia Briſei Hyppodamia. Prouocor īmo
trahor uel īuitus ad detegēdā iſtoꝝ īſcitiā q̄ adeo uētoſi atq; te/

merarii ſūt ut nō mō eoꝝ ſoleaſ q̄ cætera litteratoꝝ turba ſapiē
tiores audeant iactitare. Sed auctores q̄ grauiſſimos eoꝝ ſolita
mordacitate laceſſere: atq; mordere: & cum patria lingua paꝝ
profeciſſe ſeſe diſſimulent ad græcam cōfugiunt cuius miſerrimi
homines cum uix prima rudimenta pertigerint pſuadere conan/
tur ſe ad culmen euectos. Quare ueluti per alienas oras atq; in/
cognitas peregrinantes in pueroꝝ incidunt deliramenta. Inquit
enim ex his quidam cuius nomē nos noſtris libellis pudet inſere
re ut ad p̄poſitum redeam: & ne ipſe dum mordacitatē inſector
mordere uidear. Briſeis a bryſe non Briſei Briſes uero non Bri/
ſeus: ut criſes non criſeus. Præteriit rudis ingenii hominē quod
quæ apud nos in es exeunt ut Vlyxeſ: Achilles: Criſes: Briſes:
Eoles: efferebant in eus: ut ulyxeus: achilleus: criſeus: briſeus.
Præterea aliqua in eus nunc efferimus ut Orpheus: quæ ī es ue
teres extulerunt ut Orphes: quos imitatus Virgilius inquit Or
phi Calliopea: Lino formoſus Apollo. Teſtes ſunt nō modo la/
tini auctores: ſed etiam græci qui latine ſcripſerunt. Bryſeis. n.
patronymicum a Briſeo recta inclinatione enuntiatur: ut a The
ſeo Theſeis: Achilleo Achilleis. Vix bene. Vitat arrogantiam
cū aſiatica puella græce ſcripſerat. Ideo ſubdidit. Vix bene ſcrip
ta eſt manu barbarica. Barbaræ oēs nationes erant præter græ
cam. Latini etiam barbari ea tēpeſtate dicebantur. Ideo Tibul/
lus ad Turnum inquit. Iam tibi prædico barbare Turne necem.
Lachrymæ. Ad miſericordiam Achillem commouere conatur.
Hæ lachrymæ pondera uocis habēt. Lachrymæ non locuntur
ut quidam dixerunt. Sed eſt. Magis cōmouebunt te lituræ fac/
tæ per lachrymas q̄ illæ epiſtolæ particulæ ſi eas legeres quæ
oblitæ ſunt. Si mihi pauca queri. Propoſitum eſt ſumptum ex
comparatione quod fit cum duobus poſitis alteruttꝝ faciundū ē.
Scilicet aut dāda erat Hippodamia Agamemnoni: aut peſte a to
to exercitu occumbendum. Sed Hippodamia conatur traſferr̄
crimē in ignauiam Achillis ꝙ tam lentus ſit in amore. Ideo ſub/
dit. Non ego poſcenti. Ac ſi dicat nō queror ꝙ ſum data Aga
mēnoni: quia pro cōmuni ſalute data ſum. Eſt culpa tua. Quia
in amore lentus es: & potuit differri aliqua ex parte diſceſſus me
us. Nam ſimul. Ratio ē quare queratur. Euribates & Thalty
bius p̄cones Agamēnonis ut Homerus tradit ī iliade. Differri
potui. Culpā Achillis oſtēdit. At lachrymas. Laudat officium
ſuū ut uideat̄ iure queri cōtēnēs Achillis ignauiā erga amorē.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Sed data ſum. Hic aſſumit partē alterā propoſiti hoc eſt data ſū
Agamemnoni quia pro comuni ſalute dada fui. Tot noctibus
aſſum. Accuſatio ē unde cauſam nāciſcitur querimoniæ. Nō re
petiiſſe. Firmamētū in cauſa ſuæ querimoniæ demōſtrās id factū
eſſe iuenuſtū. Venerūt ad te. Legati ad Achillē ab Agamēno
ne miſſi fuere Vlyxes Aiax & Phœnix. Vlyxes. n. orōnē apud
Homeꝫ in hāc ſētētiā ad Achillē habet īter alias exhortatiōes.
Cū humanitatē & beniuolētiā in rebus uerſari melius ē a cōten
tionibus abſis quæ frequētius ad res non ꝓbas impellunt: & ut
apud ſeniores ac iuniores græcoꝝ probatus magis honoratuſq;
exiſtas: ita te Chirōn admonuit tu nō oblitus es. Sed ſaltem nūc
deſiſte: & irā atq; animi diſſenſionē depone. Tibi Agamemnon
precioſa dabit munera ſi irā dimiſeris. Quæ quot & qualia ſint
ut ipſemet in tētorio ſuo depoſuit recēſebo. Septē tibi tripodas
dabit ſpecioſos. Decē auri talēta. Lebetas ſplēdidos. xx. Duode
cim equos curſu uīcere aſſueti: nec paup ille foret qui poſſideret
quæ ex ipſis uictoriis ſūt cōſecuti. Dabit præterea mulieres ſex
forma egregias & opuꝫ gnaras: quas ipſe ſibi præcipuaſ delegit.
Inſup quācūq; uis ex tribus filiabus in cōiugē de quo etiā memi/
nit Dyctis: cū decima totius regni parte. Ad hoc Strabo aſſerit
ſeptē urbeſ Agamēnona in dotē fuiſſe pollicitū. Addet doti qn/
quaginta auri talenta. Reddet & Briſeida ipſā quā tibi abſtulit:
adiuratq; pſancte ſe nunq̄ illā attigiſſe. Quibus uerbis pmotus
Achilles qui iureiurādo firmauerat ſe nunq̄ pugnatuꝝ niſi accep
ta Hyppodamia recōciliatus ē Agamēnoni. Totus hic locus ex
Homero. Aiax filius Thelamonis: Achilles Pelei erāt eni ſobri
ni fratres ut dicemus. Amintore nati. Cercaphus genuit Or/
menū: Ormenus Amintorē & Euemonem: Euemō Eurypilum
Amintor Phœnicē: qui nouercæ ſuaſu cū rem habuerit cum pa
tris cōcubina in parētis irā incidēs fugit ad Peleū: & expiatus da
tus ē rector & morum magiſter Achilli: cum quo ad bellū troia
nū nauigauit. Ferūt nōnulli Achillē ad excipiēdaꝫ Hippodamiā
nunq̄ fuiſſe deductū niſi Phœnicis pces interceſſiſſēt. Laerte
ſatus. Vlyxes. Lebetes. Lebes ē uas æneum. Tripodas. Tri
podes erāt mēſæ qbus ueteres utebātur. Biſſeni. Biſſex & biſ/
ſeni legitur nō biſſeptē. Nā duodecim equos Agamēnon optu/
lit. Leſbides. Pollicitus ē Agamēnō ſex puellas leſbias. Achil
les. n. leſbon deuicit priuſq; ad troiā nauigaret. Leſbos inſula ut
auctor ē Strabo æqualiter diſtat a thenedo lēno & chio qnqua/

ginta fere ſtad'. Tot his. Muneribus. Ex agamēnoniis: Aga
memnon ex Clytemneſtra quattuor natas habuit: hæ ſunt Chri
ſothemis: Laodice: Iphianaſſa quæ & Iphigenia dicitur: & Cleo/
patra. De quarta Seneca meminit in Horeſte: ſed imitatus Ho/
merum poeta treſ tantum poſuit: apud quem Agamemnon dicit
ſe domi haber̄ tres filias Chriſothemin Laodicen. & Iphianaſſā:
In quo mihi ab reliquis Homerus diſſentire uidetur. Quoniam
alii Iphanaſſam ante græcorum ad troiam nauigationem tradūt
Dianæ fuiſſe in ſacris mactatam. Quoꝝ ſententiam ſecutus Vir
gilius inquit æneidos ſecundo. Sanguine placaſtis uentos & uir/
gine cæſa. Cum primum iliacas danai ueniſtis ad oras: Sanguine
quærendi reditus: animaq; litandum. Alii uero ſacrificatam uir/
ginem negauerunt: in quorum numero eſt Cicero: ut omittam
Septimium & Ouidium: affirmantq; pro ea ceruam ad Dianæ ſa
cra fuiſſe ſuppoſitam: puellamq; Dianæ taurice dicatam ad Tho
antem taurices regem græcos miſiſſe. Itaq; Agamemnon uel fi/
liam quam domi non habebat polliceri nō potuit: aut reliq ſcrip
toreſ q̄ grauiſſimi antiquitatum ueritatem īquirere neglexerūt.
Sed mihi haud fas eſſe exiſtimaui īter tot clariſſimos autores ue
luti quoddam æquabile iudiciū ſententiam ferre. Nos eni haud
de autorum diſſentionibus definire: ſed in illis elaborare quoad
noſtras interpretationes conueniat aggreſſi ſumus. Non opus
eſt tibi coniuge. Ad ſe ipſam reſpexit dum me habeas alia coniu
ge tibi non eſt opus. Si tibi ab Atrida. Poſt firmamētum accu
ſationis queritur id non eſſe factū quod effici oportuiſſet. Atri
da. Agamemnone. Agamemnon & Menelaus nō Atrei filii ſed
Pliſtenis Atrei fratris extiterunt ut latius alibi dicemus. Sed qa
Atreus eos regio more educauerat pietate fraterna eius filii pu
tati ſunt. Qua merui. Interrogatio eſt: & demōſtrat id nō eſſe
factum ratione ea ut melius anteponeret̄ deteriori: ſed indigna/
tione & dolo. Tenaciter. In eadem perſeueratione. Mollior
aura. Trāſlatio a uēto. hoc ē meliora tēpora: ac ſi dicat poſtq;
miſera eſſe incepi non amplius a miſeria & calamitate deſiſto.
Diruta marte. Auget rem & fortunam ſuam miſeriamq; exponit
ut Achillem ad miſericordiam cōmoueat. Menia lirneſia. Vidi
lirneſum oppidum a te expugnatum. Magna pars. Quia multa
perdidi cum patria: & tunc dicimus nos eſſe partem in aliqua re:
cum illic aut patrem uel matrem aut uxorem: uľ aliquem ex pro
pinquis habuimus: ut illud eſt Aeneæ apud Virgilium in ſecun/

do eneidos cum inquit de euerſione troiana. Quæq; ipſa miſer/
rima uidi: & quorum pars magna fui. Vidi conſortes. Homerꝝ
imitatur apud quem Hyppodamia ut Strabo etiam meminit treſ
domitos fratres uidi inter quos fuit Epiſtrophus & Bryſeus pa/
ter & genetrix. Declaratq; qualiter fuerit pars ipſa in ea calami/
tate. Tribus, quæ mihi mater erat. Mater mea fuit inter tres
fra tres qui cecidere. Fuſum uirum. Minetem. Iactantem cō/
mouentem. Concutitur ſpiritus in ipſa morte. Compenſauimus
Mihi ſatis eras ꝓ illis omībus extictis. Matris aquoſæ. Tuæ
matris thetidis quæ ē maris nympha. Scilicet utquāuis. Mō
ſtrat oīa dicta fuiſſe dolo. Quin etiam fama eſt. Auget Achil/
lis crimen ut ſua querela iuſtior uideatur. Inane animi. Hoc eſt
ſpiritus. cecidi debilitata inquit. Ibis. Maxima eſt cōmiſeratio.
Rutilo igne. Rutilo a colore dictū ē. Pthiis. Theſſalis uel achil
leis. Apud Homerum incertum eſt phthia an ſit urbſ uel regio.
Tunc regio eſſe uidetur cum inquit frequentes per helladen ſeu
græciam phthiamq; ciuitates ſunt. Aliqui phthiam eandem eſſe
quam helladen ſeu græciam & achaiam opinantur. Pthii tamen
fuerunt Achilli ſubditi ut inquit Strabo. Ptholemæus aſſerit:
phthiam eſſe urbem phocidis. Victorem captiua ſequar. Refel
lit quod in eam potuiſſet dicere Achilles: Nolo captiuam uxorē
ero ſerua reſpondet Hyppodamia. Inter acheiadas. Legēdum
eſt nō acheidas ut quidam putauerunt. Nam ab achaia fit patro/
nymicum achaias: & ab acheo acheis. Vnde acheidas ut nereidas
peneidas inachidas: ſyllaba ante ultimam non longa ſed contrac
ta enuntiamus. Inquit habeas uxorem græcaꝝ puellaꝝ pulcher
rimam. Digna nurus ſocero. Iupiter ex Aegina Aſopi genuit
Aeacum: Aeacus ex Euclia Scyronis Thelamonē Pelea & Pho
cum: qui ſine liberis extinctus eſt. Thelamon Aiacem & Theu/
crum: Peleus ex Thetide Achillem. Cuiq; ſenex Nereus. Di/
xit quidam: Nereus non fuit pater Thetidis: ſed Chiron. Dam/
nabamus irridebamuſq; hoīem ꝙ & hyſtoriam ignoraret: & ſua
inſcitia poetam quem profiteretur non recte ſenſiſſe cōtenderet
Afferebat tūc autoreſ in mediū Orpheū & Hyginū q̄ cū diceret
Thetidem Chironis: non tamen negabāt nerei filiam extitiſſe:
ut ille aiebat. Nos enim a grauiſſimis autoribus non diſſentien/
tes affirmabamus Thetidem filam Chironis: Sed Chironem Ne
reum in nuptiis Thetidis deos omnes in pelio monte qui illis ī
terfuere uocitaſſe. Teſt ē huius rei habebamus Septimiū q̄ inq̄t.

Chiron in nuptiis Thetidis filiæ ad maiorem uenerationem ap
pellatus eſt Nereus. Ad hūc accedit Virgilius libro octauo: cū
Venui ad Vulcanum loquit̄ ex exēploq; Thetidis & Auroræ cau/
ſam ſuam reddere laborans fortiorem. Vulcano ut arma fabricet
Aeneæ perſuadere conatur. Inquit enim: Te filia Nerei: Te po
tuit ſupplex titonia flectere coniunx. Tunc ille his conuictus ra
tionibus diſſeminare cœpit ſe non latinis: ſed græcis autoribus
niti ueluti quiſquam ab amicis uulneratus ad hoſtes confugiat.
Prosocer pater ſoceri uel ſocrus ē proſocer. Nos humiles. oſtē
dit quid aliæ & quid ipſa fecerit ut commoueat auditorem cū de
preſſione fortunæ. Trahemus data penſa: Filabimus. Penſum
a pendendo dicitur. Non erit æqua. Quoniam me pelicem ſi/
bi exiſtimabit. Hic metus. Cruciat me exiſtimatio tui diſceſſus
Quid tantū expectas. Cōmoratio eſt. Nam in eodem loco per
ſiſtit: & eo quidem firmiſſimo in quo tota res continetur: & diu/
tius ibi immoratur: & eodem ſæpius redit. Inquit recipias me ti
bi quoniam Agamemnon penitet ſurripuiſſe me tibi: tu tamē lē
tus es. Græcia mœſta. Petens auxilium tuum contra troianos
Hector. Obiicit hoſtē: ut iram ſuſcitet Achilli. Aeacide. Achil
le. Ab auo paterno Aeaco. Turbatos uiros. Sic illud uirgilianū
eſt. Summerſaſq; obrue puppes. Non ſubmerſas pro ſubmergē
das illic: neq; hoc loco turbatos pro turbandos: & uel quos tur/
bes exponas: ſed qui turbati eſſe deberēt uel ſummerſi: & eſt ob
ſeruata locutio ex nimio affectu. Voluiſſet Iuno troianos extitiſ/
ſe ſūmerſos. Sic Hyppodamia turbatos. Cauſa moduſq;. Ego
fui cauſa ſim quoq; finis tuæ iracundiæ. Nec tibi turpe puta.
Exemplum eſt ſumptum ut cauſam probabiliorem rdd at. Nam
ponitur exemplum ut Cicero tradit ornandi probandi apertius
dicendi aut ante oculos ponendi gratia. Coniugis ænides. Al/
thea Theſei filia ex Aeneo ætholoꝝ rege Meleagrum genuit q
aprum calidonium peremit caput amicæ Atalātæ Schenei dono
dedit. Toxeum Pleuxippumq; auunculos ꝙ munus Atalantæ
auferre uellent trucidauit. Althea mater ut Diodorus meminit
ſtipitem fatalem combuſſit: in quo uita Meleagri aſſeruabatur
quo combuſto extinctuſ eſt. Phœnix tamen apud Homerum in
oratione quam habet ad Achillem in nono iliados ut arma ſum/
mat contra troianos exemplo utitur Meleagri qui poſt auuncu/
lorum mortem ob matris execrationes indignatus ab armis ceſſa
uit. Curetes tunc ætholorum hoſtes in uallum uſque calidoniæ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

excurrunt. Meleager quanuis rogatus & a parente & a ſororibuſ
ſenibuſque ætholiis extitiſſet: tamen arma ſummere recuſabat.
donec Cleopatra Marſippe Idei filia quam Alcionem etiam uo/
cant eius uxor: cum qua in cubiculo incluſus ſeſe delectabat pre/
cibus aſſiduis ad arma commouit: quibus indutus & urbem & pa
triam ab hoſtibus liberauit. Hanc Hyppodamiam fœlicem ap/
pellat ꝙ ſuis precibus indignatum maritum ad gratiam reduxit.
Oenides. Meleager Oenei .Coniugis. Cleopatræ. In arma.
Contra curetas. Orba. Althea parens. Fratribus. Tocipo &
Pleuxippo. Deuouit. Ideo quia fatalem ſtipitem combuſſit: uel
execrata eſt natum. Nati. Meleagri. Ille. Meleager. Seceſ/
ſit. Ob maternas execrationes. Patriæ. Calidoniæ. Rigida
mente. Irato animo. Sola coniunx. Cleopatra. Nec tamen in
dignor. Quod meis uerbis non mouearis. Quædam captiua.
Diomeda quæ data fuit Achilli cum Nyppodamia: & ex quadã
ſtomachatione locuta eſt ſuſpicans illam fortaſſe in ſuum locum
acceptam. Onus nominis. Quia cum ſim ſerua me dominam ap
pellas. Per tamẽ oſſa uiri. Adiuratio eſt. Viri. Minetæ. Ve
renda. Honoranda. Trium fratrum. Ideo ſuperius: uidi conſor
tes pariter generiſq; neciſq; tres cecidiſſe. Meis tela cognita.
Quibus mei ceciderunt. Miceneum. Agamemnonem. uiro in
quit Agamemnona me laſciue minime ſolicitaſſe. Micenæ urbs
regionis argiuæ imperio Agamemnoniſ ſubdita. Fallentem de
ſeruiſſe uelis. Deſeras me ſi te fallo. Mollis amica. Diomeda.
Plectra mouẽtur. Virgilius in obſceno carmine inquit de Achil
le ꝙ dum a bello ceſſaret ob ablatam Hyppodamiam cythara
uteretur. Hæc eadem ſocium tenera ſpoliauit amica: Quæque
erat Aeacide maluit eſſe ſuam. Ille peletroniam cecinit miſerabi
le carmen Ad cytharam: cythara tentior ille ſua. Et quiſquis
quærit. Demonſtrat utile non præponi deteriori. Tutius ẽ ta/
cuiſſe toro. Amplificatio eſt per expoſitionem: qua qd melius &
quid agendum ſit: & quid fiat exoptat. Threiciam lyram. Era/
toſthenes tradit Mercurium in initio lyram feciſſe de teſtudine:
& Orpheo Caliopes: Eagriq; thraciæ regis filio tradidiſſe eius
rei maxime ſtudioſo: qui ſuo artificio & cantus ſuauitate dicitur
feras ad audiendum allexiſſe. Sed cum ad inferos deſcendiſſet: ut
uxorem Euridicem r̃uocaret: deos omnes præter liberum patrẽ
ſuo carmine laudauit. Indignatus Bacchus Orpheo cum in pan/
geo thraciæ monte ſedens cantu delectaretur: Bacchas obiecit:

quæ illum in fruſtra dilaniarunt. Alii tradunt ad id accidiſſe ꝙ
mira Bacchi ſpeculatus extiterit. Muſæ collecta membra ſepul/
turæ tradiderunt: & lyram ad memoriam locarunt in mundo.
Threicia ideo dicitur ꝙ Orpheus thraicius fuerit. Pelias ha/
ſta. Achillea a Peleo eiuſ patre denominatam. Legat ad Achil
lem ut concilietur Agamemnoni. Phœnix Vlyxes & Teucri fra
ter Aiax ut diximus legati fuerunt ad Achillem. Sinu. Quo ip
ſum refouere ſolebam. Vndis matris. Marinis undis. Thetis
eſt maris nympha. Comminuere. Placaberis meis lachrymis.
Sic ſuperius. Sed tamen hæ lachrymæ pondera uocis habent.
Nunc quoq;. Deprecatione utitur in concluſione. Pyrrhus filiuſ
Achillis ex Deydamia ut dicemus. Tuus eſt in tedia. Si tibi ẽ
meus amor odio ad mortem me adigas. Vtque faciſ coges. Lo
cus eſt quo mõſtratur quid futurum ſit ſi neglecta fuerit. Spes
una. Spes quam de te uno concepi me uiuam ſuſtinet. Nec ti/
bi magnificum. Rerum facinus nefarium dicit. Cur autem iube
as. Locus a conſultatione. Inquit non iubeas hoc eſt uelis me co
gi ad necẽ: ſed me tuo enſe cõfodias. Si dea paſſa. Pallas in pri/
mo iliados apud Homerum ſuadet Achilli ut enſem furoremq;
deponat: quem ſtrinxerat ad necem Agamemnonis. Cuius nu/
mine permotus Achilles mitigatus dicitur extitiſſe. Sed hoc fa/
buloſum eſt. Septimius autem inquit Achillem conſtituiſſe inſi/
diis Agamemnona circumuenire: Vlyxemque cognito facinore
ſua aſtutia facinus auertiſſe. At potius ſerues. Locus ẽ quo ex/
ponitur quicquid actum eſt: & quid in negocio conſequi debeat:
& id Cicero inquit diligenter exponi debere: ut res ante oculos
poni uideatur. Quod dederaſ. Vitam præbuiſti mihi cum eſ/
ſem hoſtis: eandem amicæ præbere uelis. Neptunia troiana
a Neptuno conditore. Sunt inquit troiani quos ĩterimas. Me
modo. Ad miſericordiam mouet ſua depreſſione. Seu diſceſſeris
ſeu conſtiteris me tibi ſeruam non uxorem aſciſcas.

## PHEDRA AD HYPPOLITVM

### .ARGVMENTVM.

QVA NISI TV DEDERIS CARITVRA EST IPSA SALVTEM. Iupiter e phenicia



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Agenoris regis Europam in tauri formam conuerſus cretam ad/
uexit. Ex qua genuit autore Diodoro Minoem: Rhadamanthũ:
& Sarpedonem. Deinde Aſterius Thetami filius ex Crethei fi
lia qui inſulæ imperabat ſumpta uxore Europa illos adoptauit.
Minos ſucceſſit ĩ regnũ: & ex Ithone Lyctii filia Lycaſtũ genu
it. Lycaſtus ex Ida Corybanthi aliũ Minoẽ quem nonnulli Iouiſ
filium tradiderunt. Is ex Paſiphae Solis Creteſque filia Deuca/
lionem: Cretheum. Androgeum: Ariacnam & Phedram: & plu
res naturales filios. Alii Phedram Deucalionis filiam dixerunt.
Deucalion enim ſiue eius pater ſeu frater exiſtimetur inita cum
athenienſibus pace Phedram Theſeo dedit uxorem: quæ longe
antea Hyppoliti amore flagrabat: & tum conceperat: cum Mi/
nos eam ad miſteria Cereris quæ in eleuſine urbe atticæ celebra
bantur adduxiſſet: atq; in illis Hyppolitum cognouiſſet. Sed Di
odorus alias hyſtorias ſecutus inquit Hyppolitum qui troeze/
ne educabatur apud Ethram Theſei matrem athenas ad miſte/
ria ueniſſe: quem cum forma præſtantem inſpexiſſet: phedram
in eius amorem exarſiſſe: quo recedente Veneri templum unde
troezen amoris domicilium conſpici poſſet in ſumma arce athe/
nis erexiſſe. Itaque cum ſibi amicum alloquendi nõ daretur opor
tunitas: & dei calore flagraret: ad Hyppolitum hanc ſcribit epi/
ſtolam: qua ſui amoris inſaniam patefacit: ea tota eſt amatoria:
affectibus aſperſa. Habet & deprecationem cum leui obiurgatio
ne. Principium habet ab inſinuatione. Et omne principium ſeu
exordium in duas partis diuiditur. In proemium & inſinuationẽ.
Inſinuatione tunc utemur ut inquit Cicero cum noſtra cauſa erit
turpis. Turpe enim eſt nouercam a priuigno concubitum pete/
re. Creſſa puella. Phedra cretenſiſ. Amazonio uiro. Diximuſ
Theſeum ex Anthiope amazone Hyppolitum genuiſſe. Inquit
Mihi nulla eſt ſalus niſi tu dederis Hyppolite & principiũ ad mi
ſericordiam mouet Perlege quodcunque eſt. Incipit inſinua/
re. Nam ut Quĩtilianus meminit: Inſinuatio parumper ſurrepat
animis ubi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt uel q res ſit impro/
ba: aut ab hominibus parum probata: cepit phedra paulatim ſu/
ſpicionem rei quam detegi uolebat Hyppolito generare cum di
xit. Quid nocebit epiſtola lecta? Et ne deterreret ſubdit. Poteſt
eſſe aliquid quod te delectet in hac epiſtola. His notis. Litte
ris. Archana hominum ſecreta inter ſe commertia. Et ratio/

nem affert quare ſuæ litteræ legi debeant. Ter conata. Sol/
uit quod obiicere potuiſſet Hyppolituſ: ac ſi dixiſſet: nõ ſcribas
ſed loquaris Qua licet. Quoad fieri poteſt. Et ſequitur.
Conueniens eſt: & ſecundum eſt. Sic Cicero in oratore libro ſe
cũdo. Sequitur igitur quoniam nobis eſt hic de quo loquimur.
Pudor eſt miſcendus. In amore ſeruare debemus honoſtatem:
ac ſi dicat quod & Sabinus in Sappho. Non ueniunt in idem pu
dor atq; amor. Et cauſam ſuam facit honeſtam crimen reiiciens
in amorem. Quicquid amor iuſſit. Cum nec cauſa nec perſo
na ſubueniat: manifeſtat quid eam lædat amor: ut id iure face/
re uideatur. In dominos ius habet. Arguit a maiori: Si deos
uincit: multo magis mortales ad ſuum imperium trahit. Ad
ſit. Faueat amor. Auido igne. Amore: cui auiditas conuenire
uidetur. Nam auiduʒ a non uidendo dici Pompeius affirmat ob
nimiam cupiditatem: & nihil amore auidius & occecatius eſſe ui/
detur. Non ego nequitia. Paulatim deſcendit ad rem ipſam:
& remouere adulterii a ſe ſuſpicionem laborat. Nequitia. Li/
bidine. ſic in annalibus ad Syllenum. Nequitia eſt quæ te nõ fa
cit eſſe ſenem. Crimine. Adulterii. Venit amor. In amo/
rem reiicere crimen ſuum conatur demonſtrans ab eo tanto ma
gis exagitari quo minus ſit illo aſſueta. Vrimur intus. Tunc
maxime ſæuit amor: cum maxime cõprimitur. Scilicet ut te/
neros. Similitudine utitur. Ars fit. Sententia ſũpta a re. Im
patientius inquit amo: quoniam amori ab adoleſcentia non aſſu/
eui. Tu noua ſeruatæ. Modeſtiſſime ſuum deſiderium enar/
rat. Prima libamina. Trãſlatio a deguſtantibuſ: ac ſi dicat ma
gnum eſt me poſſe frui quam nemo præter Theſeum ſollicita/
uit. Sic tamẽ ille prior. Laudat ſe a caſtitate: Inquit. n. aĩad
uertenda erat honeſtas mea & laudanda quo magis me ſine cri
mine conſeruaui. At bene ſucceſſit. Participem amoris facit
Hyppolitum: ut inclinatiorem ad eius deſideriũ reddat. Tur
pis adulter. Theſeus quoniam ad inferos acceſſit ad rapiendam
Proſerpinã: rapuit & Helenam: & ideo ſubdit peius adulterio.
ac ſi dicat qui non adulter eſt ſed ipſum adulterium. Turpis.
Et quoniam Ariacnam fraudauit: & auſus eſt deas amici cauſa ra
pere: & conatur eum in odium adducere. Fratremque uirq;.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Iouem. Sic Virgilius de Iunone & ſoror & coniunx. Iã quoq;
uix credas. A ſtudii ſimilitudine Hyppolitũ ſibi beniuolũ redde
re laborat. Impetus. Pro deſiderio impetum Ouidius pone
re conſueuit. Sic etiam in metamorphoſi. Prima data. Am/
plificatione utitur. Hyppolitus uenatione delectabatur: cuius
exercitationis ſtudio Diana præeſt: ideo Hyppolitus a Diana
extitit armatus. Delia. Diana a delo inſula in qua nata eſt.
Adunco arcu. Aut uenabulo aut arcu in uenatione maiores ute
bantur. In graminea humo. More nympharum & uenato/
rum. Currus. Curru etiam delectabatur Hyppolitus. Fu
riis eleides attei. Arguit a ſimilitudine ut oſtendat amoris eius
magnitudinem. Aeleides. Quantum hoc loco teredo delira
uerit cum conſidero: uix mihi perſuadere poſſum ꝙ homo qui
tantum de ſe perſuaſerit: atque in aliquos opinionem quandam
uanam incuſſerit in tanta rerum ignorantia uerſaretur. Poſſem
profecto quamplurimos & pene infinitos demonſtrare locos
quibus cum noſtram cenſuram præbuerimuſ quia puerilia erãt
delyramenta ueluti uana & futilia conticuiſſe præſtare exiſtima
uimus. Et ne potius conuitio hominem inſectari: quam ipſius
errata emendare uideremur. Sed in eo ubi aliquod ineſſe ponde
ris uidebamus ſuos illos ſectatores aſſedas admonuiſſe uolui/
mus ne dum exploratorem diligentiſſimum ſectari exiſtiment:
in inſidias incidant. Inquit enĩ. Helos ora eſt pene alpheum &
olympum. Ad olympum autem uſque Bacchides ſolebant eua/
gari ut teſtatur Eurypides in Palamede. Hoc loco de olympo
macedoniæ intellexit: atque de eo Eurypidem dixiſſe arbitra/
tur. Et quid Strabo ſcripſerit & quid Eurypides in tragedia pa/
lamede de his ſacris & menadibus diſſeruit non intellexit quod
facile demonſtrabimus: ſi prius horum ſacrorum conſuetudinẽ
paulo altius repetemus. Sacrificiorum uaria erant genera. Ali/
qua cum numinis afflatione: aliqua ſine huiuſmodi afflatu: non/
nulla cum muſica: aliqua ſine. Quædam occulta id eſt myſtica.
Quædam aperta. Ea de quibus nunc agitur cum numinis inſpi/
ratione ſunt: quæ græce Enthuſiaſmos
hoc eſt numinis afflatio dicuntur.. Græcorum plurimi totum
cerimoniale negocium quod orgia uocant bacchannalia & cho/

ricum & ſacrorum myſteria Libero patri attribuere. Iaccum au
tem uocant Dionyſum & cerealium myſteriorum ducem. Cuius
ſacrorum interpretes ſũt Syleni: Satyri: Bacchæ: Lenæ: Thiæ
Mimallones: Naides: Nymphæ: Tytiri: & Heleides: quæ di/
cuntur ſeu ab heleo oppido heliconio: ubi ſacra Bacchi celebrã
tur: ſeu ab eo quod helos paludem ſignificat: ut Heleides dican
tur quaſi nymphæ. Satyros & enim curetaſ uocant: qui Ioui mi
niſtrarunt in ida cretenſi quaſi curatores uel ſaltatores. Eoſdem
corybantes: qui Cybeli ſacra in phrygia celebrant orgia ad Cy
belem Liberumque patrem attinentia: communiaque & græciſ
& phrygibus. Chorus in palamede Eurypidis loquens inquit.
Cum patre Libero laſciuiẽs qui per idam lætatur cara cum ma
tre tympanorum ſonitu & congregantes in unum Sylenum:
Marſiam & olympum: & tybiarum quærentes repertores ce
lebranteſque rurſus bacchica & phrygia ſimul conferunt. Idẽ q;
ſæpenumero & olympum confuſe reſonare faciunt. Quod cũ
exploratiſſime Strabo perquireret inquit. Colles quaterni ſũt
olympi. Vnus idæ ad antandri plagam. Eſt & olympus mi/
ſiæ non idem cum idæo. ut Sophocles in Poliſſena meminit.
eſt & inter macedoniam & thraciam ut Higinus ſcribit & in
æthiopia. Sunt qui dicant alium in cypro: alium in creta exi/
ſtere. Itaque poeta rerum antiquarum diſertiſſimus diligen/
tiſſimuſque obſeruator & communium duobus numinibus ſa/
crorum conſuetudinem aperit: & ex Cybeles Bacchique ſa/
cerdotio: quorum orgia erant communia ſimilitudinem ſum/
mit. At illum ipſum quem taceo q̃ inſcitiſſime intellexiſſe aper
tiſſime uideri poteſt. Helos enim ora ſeu oppidum helidis
ab alpheo ad olympum non protenditur. Nec id eſſe exiſti/
mari poteſt. Quandoquidem alpheus eſt in peloponeſſo ut
Plynius & cæteri grauiſſimi autores ſcripſerunt. Olympus
uero in finibus macedoniæ uerſus thraciam ut diximus. Præ/
terea curſus ille Menadum non erat (ut ille ait) ab helo pe/
loponeſſi ad olympum macedoniæ: ſed ab ida phrygiæ ad
olympum qui erat ad antandri plagam hoc enim & Eurypi/
des ſcripſit & Strabo teſtatur. Ad hoc Heleides non ab He
lo helidis. Sed ab Helo heliconis dici par eſſe mõſtrauimus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

Driades. Driades Fauni Satyri montium ſiluarum fontiumque
numina ſemidei dicta ſunt: quorum afflatu inſpiratæ ſacerdotes
attonitæ redebantur. Dryadeſ deæ ſiluarum a quercu quæ dry
as græce dicitur appellãtur. Me tacitam. Quoniam de amo
re nihil in medium affero. & ſi quid ille conceptus furor uolue/
rit a me petant. Forſitan hunc fato. Purgat crimen reiiciens
culpam in genus ſuum & fatorum ſeriem. Iupiter Europã. Hoc
declarauimus. Paſiphae mater. Philochoruſ libro ſecũdo acti
dis ſcribit magiſtratum Minois fuiſſe Taurum nomine inhuma/
num & ſæuum: Minoemque ſuper Androgei mortem agonem
inſtituiſſe puerosque atticos præmii loco & uictoriæ inſigne fu
iſſe largitum: atque eos omnes taurum ſua fortitudine cæteros
ſuperantem tuliſſe. Tandem factum eſſe ut a Theſeo paleſtra
uinceretur. Quam ob rem athenienſes ait puerorum tributaria
pena liberatos extitiſſe. Fabula apud omnes eſt nota uti Paſi/
phae ex Tauro genuerit Minotaurum: qui Dedali artificio ĩ la/
byrintho clauſus extitit: quem ab Ariacna adiutus Theſeus fi/
lo reſoluens Minotaurum peremit: & in patriam nauigans duas
puellas Phedram & Ariacnam abduxit. Ariacnam uero ut Dio
dorus ſcripſit in dia inſula quæ poſtea naxos eſt appellata noc/
tu proditione reliquit Hyginus tradit Theſeũ corona Ariacnes
uſum fuiſſe in reſolutione labyrinthi. Crimen. Minotaurum
Crimen appellat. Sororis. Ariacnæ. Curua tecta. Labyrin/
thum. In ſocias leges. In amorẽ. Domus. Theſei. Dua
buſ. Mihi & Ariacnæ ſorori. Ego tua forma: ſoror Theſei amo
re flagrabat. Theſides. Hyppolitus. Trophea. Quæ ꝑ
conuerſis hoſtibus inſignia ponebantur trophea dicta ſunt.
Tempore quo nobis. Demonſtratio eſt qua reſ omnis ante ocu
los poni breuiter uidetur. Oſtendit enim qualiter ſit amore cap
ta Hyppoliti. Cerealis eleuſin. Eleuſin urbs eſt acticæ: ubi
myſtica Cereris ſacra a mulieribus agitabantur: ad quæ fere ex
omni regione puellæ conueniebant. Ideo inſtituta quoniam il/
lic Triptolemum cuius ipſa fuerit nutrix frugis uſum edocuit.
Ea enim apud Virgilium in primo Georgic. Eleuſina dicitur.
Tardaq; Eleuſinæ matriſ uoluẽtia plauſtra. Gnoſia. Cretẽſiſ
Gnoſos oppidũ cretæ ut autor ẽ Plynius. Cãdida ueſtiſ erat

Effectio eſt quæ cuiuſpiam formam oſtendit & plurimum ua/
let ad permouendum (ut inquit Cicero) ſi dilucida facta eſt. Iuue
nes apud maiores candida ueſte uti ſunt ſoliti. Præcincti flor̃
In conuiuiis & ſacris ſolebant maiores noſtri coronari ueluti in
ſacris Cereris ſpica: floribus: & ſertis: in bacchannalibus hedera
& pampino: in honorem Apollinis lauro. Recuruas. Flectis.
Colla luctantia. Repugnantia. Pedes. Equi. Flexos. Cur/
uatos. Exiguo orbe. Spatio ac per hoc laudabile eſt. Seu
lentum. A iaculatione laudat Hyppolitum. Ora. Conſpicien
tium ora uertuntur in te. Cornea ex corno arbore. Quid
iuuat incinctæ. Arguit ꝙ Hyppolituſ amar̃ debeat: & inquit nõ
decet ut aliis tribuas auferre aliis. Quod caret. Probat ait. n.
Digrediendum eſt ab actione interdum. Arcus. Exemplum.
Clarus erat ſiluis. Arguit ab exemplo. Cephalus Eoli filius ue/
nationis ſtudio delectatus ab uxore Procri Erychthei athenien
ſium regis filia canem Lelapen cui datum erat omnes curſu feras
ſuperaret: & iaculum dono accepit quod in beluas contortũ nul/
la fortuna regente illis mactatis redibat ad dominum. Hunc Au
rora mirumĩmodum adamauit. Amandum. Secus in metha/
morphoſi: ubi tradit Cephalum inuitum ab Aurora extitiſſe rap
tum. Licet interdum probationis cauſa ab hyſtoria diſſentire: ut
inquit Cicero. Sene uiro. Titono Auroræ coniuge. Cina/
raque creatum. Cinara cypriorum rex inſcius ex filia Myrrha fi/
lium genuit Adonem quem Venus dicitur ſummopere dilexiſſe
Higinus autor eſt inter Venerem & Proſerpinam certamen ex/
titiſſe: cui earum Adonis tribui deberet: & a Ioue Calliopen iudi
cem conſtitutam: ut dimidiam anni partem quæque haberet iu/
dicaſſe. Quare indignata Venus furorem threiciis mulieribuſ im
miſit quæ Orpheum Caliopes filium laniarunt. Ilicibus. Ilex
arbor eſt. Oenides. Meleager Oenei de quo diximus atalan/
tam Schenei amauit: ex qua genuit Parthenopeum qui bello the
bano occubuit. Feræ ſpolium. Quia cum Meleager interemiſ
ſet aprum calidonium caput dono dedit amicæ Atalantæ: quod
ſummum decus eſt inter uenatores. Menalia. Archadica. Me
nalos mons eſt archadiæ. Vnde menalius: & in carmine non eſt
ceſura. Nos quoq; iã. Cõcludit quod cũ & ipſi ſint uenatores
numerẽt̃ ĩter illoſ q amarũt. Iſthmõ. Topographia ẽ. Iſthmoſ
eſt ãguſta tellus ueluti callũ ĩter duo maria ioniũ & ægæum pe/

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ninſula omnis peloponeſſus dicitur. Iſthmos Strabone referen/
te ab ionio ad ægæũ ſtadiis quinquaginta patet. troezen ẽ pro
pe iſthmon diſtans a mari paſſ. vi. Mil. nũcupata ẽ a Troezene
Pelopis filio: qui cum fratre Pytheo migrans ex terra piſea illic
regnauit. Quo defuncto regnum optinuit Pitheus Theſei ma/
ternus auus. Hic. in iſthmo. Regna pithea. Quia illic Pi/
theus regnabat apud quem educabatur Hippolitus. Mea pa
tria. Seu attica ſeu cretẽſi. Tempus. Dum ſcripſit Phedra ad
Hippolitum cum Perithoo amico Theſeus ad Proſerpinam rapi
endam conceſſerat de quo diximus. Præpoſuit Theſeus. Du/
cit aduerſarium in odium cuius geſta uituperat ut iuſtiorem ſuã
cauſam efficiat. Ab illo. Theſeo. Oſſa mei fratris. Mino/
tauri. Exponitur iniuria ſibi illata a Theſeo. Claua trinodi.
Plutarchus in hanc ſententiam loquitur. Theſeus cum troezene
athenas proficiſceretur apud epidaurum urbem non procul a tro
ezene incidit in Iphitum prædonem claua armatum: ex quo cla/
uatum uocabant. Quem cum peremiſſet Theſeus clauam abſtu
lit: & uti Hercules uictoriæ pignus pellem ſemper leonis nemei
portauit: ita primi certaminis inſigni claua Theſeus in bello uſuſ
eſt: qua minotaurum peremiſſe creditur. Soror. Ariadna.
Relicta. In dia inſula ut diximus. Prima ſecurigeras. Hyppo
lito iniuria quam contulerit Theſeus exponitur. Securigeras
puellas. Amazonas: quarum reginam Pentesileam ſecurim inue
niſſe primum Plynius tradit: qua & in prœlio amazones poſtmo
do uſæ ſunt. Parens. Hyppolite ſeu Antiope mater Hyppo
liti de qua dictum eſt. Vbi ſit. Scilicet Anthiope. Theſeu
latus enſe peregit. Anthiopen a Theſeo trucidatam extitiſſe ex
hyſtoria non conſtat. Diodorus & plutarchus tradunt amazonaſ
per cymberium boſphorum in thraciam deinde in acticam irrum
pentes caſtra poſuiſſe in loco qui amazonius appellatus eſt. atq̧
cum illis Theſea manum conſeruiſſe: & cum pro uiro dimicaſſet
Antiopen a Molpadia iaculo uulneratam in pugna cecidiſſe: qui
hoc a Didimo ſcriptum autumarunt inſcitiſſime plutarchum iter
pretati ſunt. Nam cum ille inquit. Quidam ferunt hanc cũ The/
ſeo dimicantem a Molpadia iaculo uulneratam ĩ acie cecidiſſe nõ
ad Didimum ſed aut ad Diodorũ uel aliũ autorẽ plutarchus retu
lit. Tãto pignorẽ. Hyppolito filio. Theda iugali. Anthiope
nõ legitimo matrimonio iũcta fuit Theſeo: & hoc fraude factũ ẽ

ne tu ſuccederes in regnum paternum: & ducit in odium The/
ſea: ut beniuolum ſibi Hyppolitum reddat. Nothus ex igno/
bili matre & parente nobili natus appellatur nothus. Fratres
Demophoonta & Acamanthum genuit Theſeus ex Phedra.
Tollendi. Nutriendi ſeruandi. Terentius in andria. Quicquid pe
periſſet decreuerunt tollere. O utinam. Imprecatio in ſe ipſaꝫ
ut magis commoueatur Hyppolitus. I nunc. Ironia eſt ut ſit nul
la reuerentia parentiſ lectum afficias: cum te fugiat & tibi nocere
ſtuduerit. Nec quia priuigno. Confutatio eſt. Nam poſt pur/
gationem & iuſtificationem ſuæ cauſæ: refellit quod obiici potu
iſſet. Inquit: ne timeas ꝙ priuignus dicaris cum nouerca concũ/
bere: quoniam hæc pietas Saturni tempore ſeruata eſt. Sed ubi
Iupiter ſororem ſuam Iunonem duxit uxorem: factũ eſt: ut quod
cunque delectaret & uideretur honeſtum. Soror. Iuno. Fra/
tre. Ioue. Illa puella. Coit. Cum uiro firma generis cathena:
quam uenus illi coniunxit. Nam nulla ſunt ueneréis maiora uin/
cula. Nec labor eſt celare. Alia confutatio. Nam inquit facile
rem celabimus. Ab illa. Alii a Venere: alii a Iunone: At ego a
Phedra intelligo: ut ſit ueluti apud Ouidium. Ille ego qui fuerã
& apud Virgiliũ. Ille ego qui condã. Vt tertiæ pſonæ demõſtra
tione crimẽ ſupprimi uideatẽ. Viderit ãplexus. Docilitas ẽ futu
ræ rei. Dabas & dabiſ. Agnominatio ẽ quæ fit tẽporiſ ſyllabæ
& litteræ cõmutatiõe. Tolle moras. ꝑoratio ẽ a cõmiſatione.
Properata. ad deſideriũ ꝛ̃tulit. Parcat ſit benignus. Supplex.
Oſtẽdit ſuã humilitatẽ. Si qd certi. Nã nihil certi hẽt amor.
Quid deceat nõ uidet ulluſ amãs. In amorẽ nõ ẽ modus nec conſi
lium. Depudiat. Particula de & incrementum affert interdum:
ut deperit. Interdũ decremẽtũ ut dedignor depudet. Aequo
ra Minos. Minos maris imperium obtinuit cum in ſiciliam naui/
garet contra Cocalum regem factis inter ſe indutiis a Cocalo ho
ſpitio benigne ſuſceptus in balneis expirauit. Proaui. Iouis cu/
ius inſigne fulmen eſt. Quod ſit auus radiis. Paſiphae Solis fi/
lia mater Phedræ. Apollo ipſe diadema habet in uertice plurib⁹
radiis inſignitum tendentibuſ in anguſtum. Diana uero caput cõ
tinet radiatum abſq̧ diademate ut in uetuſtis etiamnum marmo/
ribus licet inſpicere. Axe. Quatriga aureo utitur Sol in meta
morphoſi teſtatur Ouidius. Nobilitas ſub amore iacet. Et ſi
genus noſtrũ ſit a diis immortalibus tamen ſubeſſe amori neceſ/
ſe ẽ qm̃ ei⁹ ĩpiũ ad oẽs & deos & hoĩes ex ꝓpagatũ ẽ. Eſt mihi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

dotalis. Et a genere & a loco ſe commendat. Flecte feros ani-
mos. Petitio eſt. Matriſ. Paſiphae. Per Venerem. Deprecatio
ne utitur. Plurima mecum eſt. Quæ me plurimum ſtimulat.
Sic ames. Adiurat pro eius deſiderio. Dea. Diana. Sic faueant
ſatyri mōtanaq́ numina panes. Eumerus aſſerit cælum fuiſſe pri
mum regem & primum deos cælites coluiſſe. Vnde cæli cogno-
men conſecutus fuerit: additq́ duos filios ab uxore Veſta Pana
& Saturnum ſuſcepiſſe: totidemq́ puellas Rheam & Cererem.
Si tibi nymphæ dēt arētē quæ leuet ūda ſiti. Sic apud Virgiliū.
Vrbē quā ſtatuo ueſtra ē hoc ē ueſtra ē quā urbē ſtatuo & hoc
loco. Sic nymphæ dēt quæ unda leuet tibi ſitim. Lachrymas.
Verba leges. Sed lachrymas quas effundo uidere exiſtima.

## OENNONE ALEXANDRO ARGVMENTVM

PERLEGIS AN CONIVNX PROHIBET NOVA
Eccubam Cypſei regis filiam Priami uxorem Cicero in libriſ
de diuinatione: Virgilius & Papinius tradiderunt grauidam ſeſe
ſomniaſſe facem parere. Conſulti uates cecinerunt filium qui na-
ſceretur fore troianæ urbis excidii cauſam: Exponi quicquid na-
ſceretur Priamus iuſſit. Fortunam filii miſerta Eccuba paſtori re-
gio clam præbuit alendum. Paris cum in ſiluis adoleſceret iter
armenta cum Oennone Xanthi filia maximo amore coniunctus
ex ea duos genuit liberos Daphnin & idæum: illamq́ duxit uxo
rem. Interea a parentibus cognitus cum in græciam nauigaret:
Helenam Tyndari filiam ex Leda rapuit: quæ tunc Menelao
nupta amyclis degebat. Vrbe laconica: de quo latius ſuo loco di
cetur. Qua re deſtituta Oennone ex ida ſilua ad Paridem q tro-
iæ in delitiis uiuebat hanc ſcribit epiſtolam: quam bifariam diui-
di par eſt. Primo lamentationem continet atque acrimoniā: cur
ſit ſine cauſa Oennone deſtituta. Pars altera danais repoſcenti-
bus reddi Helenam ſuadet: & Oennonem excipi. Alexandrum
ut Septimius autor eſt cum a Philoctete Herculeis ſagittiſ ſit ex
tinctus ad Oennonem defertur: Quæ complexa cadauer ex-
pirauit. Ambo ad cebrinam urbem troadis ſepulti ut Stra-
bo teſtatur. Perlegis an cōiunx prohibet noua. Quæ adeo te
uinxerit: ut non ſis tui arbitrii. Beniuolentiam ab aduerſariorū

perſona captat hoc eſt ab Agamemnone Menelao & Helena:
ducens illos in odium: cum illos hoſtes ſignificet: hanc uero ar
bitrium paridi abſtuliſſe: & habet id principium ſatis acrimoniæ
& ſtomachationis. Mycenæa agamemnonia a mycenis patria.
Pegaſis Oennone. Oennonem ante omnēs cognouit Phœb⁹
quare nonnulli ueluti unam ex turba apollinea pegaſida a fonte
pegaſo qui muſis & Phœbo ſacer eſt appellari uoluerūt. Alii ue
ro putauerunt Oennonem dictam pegaſida quaſi nympham a uo
ce græca page quæ aquam ſignificat: nō aīaduertētes ab ea uo-
ce in hanc formam minime conuerti potuiſſe. Nam a page page-
is ut a bebe bebeis deductionem fieri neceſſe eſt. Bebe locus ē
theſſaliæ autore Strabone. Vnde bebeis lacus dicitur: De quo
Balbus in primo argonaut. Perderet ut pingui miſeros bebeide
crines. Nec illud nobis hoc perſuadeat quod pagaſas a page de-
clinemus theſſalie oppi. quādoquidem aliud eſt deduci: aliud uo
cabulum formari: in illo proprietatem: ī hoc anologiam ſequi ne
ceſſe eſt. Ego enim arbitror quantū animo coniicere ualeo: omiſ
ſis fabulaꝝ figmentis pegaſida a patre Oennonem appellari qđ
affirmare non auſim quoniam hactenus in antiquis monumentis
nō legi. Leſa. Et in amor̄ & matrimonio. Queror de te. Præ
poſitio primæ partis. Quis deus oppoſuit. In deos facinus re
iicit ut neuter uideatur eſſe in culpa. Laborat tamen uter culpan
dus ſit: Alexandrum eſſe criminandum potius oſtendat. Leni-
ter ex merito. Sententia hac utitur ut dicat cum in te nil delique
rim: deſtitutam a te fuiſſe non facile pati ualeo. Nondum tan-
tus eras. Arguit ab ingratitudine paridis laudans officium ſuum
ut iure queri uideatur. Qui nunc priamides. A re ipſa & facto
probat rem ſuam. Quis tibi monſtrabat. Amplificatio. Ma-
culis. Aut retia ſanguine feraꝝ maculata: aut diſtincta hamis &
nodis. Inciſæ ſeruant. Locus ab enumeratione ut cōmiſeratione̅
moueat. exponit ut Paris ſcripſerat in arboris trūco nomē Oen-
nones Cum paris carmina in populo impreſſa. Xanthe retro
propera. Xanthus iunctus eſt ſimoenti ut Plynius autor eſt in-
fluit ī portum acheoꝝ: qui eſt ad ſigeum oppidum quod in p
montorio ſigeo ſitū eſt. Fontes xanthi ut Ptolemæus tradit ſūt
īter thelmeſū & patherā urbes lyciæ. Illa dies. Demōſtratio ē
cōprehēdēs ut res facta ē: & plurimū ualet ut īqt. Cicero ī āpli
ficāda & cōmiſerāda re: & eā ponit āte oculoſ. Amoris hyems
Tēpeſtas & trāqllitas amoris dr̄ hoc ē pax & īſidiæ atq́ pturba

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

tio Qua Venus & Iuno. Tēpus cōmemorat. In nuptiis Theti/
dis conuenere omēs dii in pelio mōte relicta diſcordia: quæ nup
tiis interuenire non debet pomum iecit: quod inter Pallada Iu/
nonem & Venerem diſcordiæ extitit cauſa. Nam quæqꝫ ueluti
pulchrior id petebat ad iudicium Pariſ adeuntibus Venus pro ſe
iudicium tulit. Attoniti micuere ſinus. Sic ſuperius uſque metu
micuere ſinus. Non modice terrebar. Diminutio. hoc eſt mul/
tum timebam. Anus & ſenes. Præſtigiatores conſului & præ/
ſtigiatrices. Cerula cæratas. Inſcite. Cæratas ad picturam re
ferri aliqui uoluerūt. Nam hoc loco cæratas cæra occluſas & cō
pactas rimis naues intelligere neceſſe eſt: non pictas: quod mi/
hi Balbus ſignificat cum inquit. Conſtitit ut longo moles nō per
uia ponto Puppis & ut tenues ſubiere latentia cæræ Lumina: &
alibi ad Argum inquit. Sors tibi nequa Parte trahat tacitū pup/
pis mare: Fixaqꝫ fluctu: Vel pice uel molli cōcludere uulnera cæ
ra. quod naues pingerentur in Balbo diximus. Flesti diſcedens.
Perſiſtit in demonſtratione non a circūſtantiis recedens. Com/
prehendit enim quid ante & poſt & in ipſa re factum ſit: quid an
te ſit factum illud eſt. Illa dies fatum. Quid in ipſa re cæſa abi/
es quid poſt rem aſpicit imenſum. Aura leuis: Breuitate utitur
laudans officium ſuum in abeuntem paridem. Humet harena.
Hyperbole eſt. Nam lachrymis harena humectari non poteſt.
Dicit enim plorauí admodum. Scilicet ut uenias. Cum ſtoma/
chatione legendum eſt. Alii. ſ. Helenæ. ac ſi dicat exegi uota
ut non mihi ſed Helenæ redires. Pelice. Nam ut Septimius &
Strabo tradideř Pariſ Oennonem ante raptam Helenā duxerat
uxorem. Aſpicit imenſum. Topographia ē & ſigeum promon
torium deſcribere uidetur. Hæc mihi. Cū maximo affectu dic/
tum ē. Purpura. Purpurata Helena. Propior. Puppis. Fœ/
mineas genas. Herodotuſ dicit paridem non detuliſſe Helenam
in phrygiam ut dicemus. Tuus cultus. Quia tantum mulierib⁹
& regibus purpura apud maiores conceſſa fuit. Sacram idam.
mons eſt & ſilua troiana ſacra uel propter ſacra Cybeles quæ il/
lic celebrantur: uel quia numina ſunt in ſiluis & mōtibus. Mea
ſaxa. Vbi ſimul fueramus. Sic Helenæ doleat. Imprecatio
Nunc tecum ueniant. Concluſio primæ partis: qua ingratitudi/
nem Paridis oſtēdit: ducitqꝫ Helenam in contemptum. Alexan
der cum Helena rapuit Etram & Clymenen. At cū pauper eraſ
Ab ingratitudine arguit. Non ego. Euitat inuidiā. Nō tamē

ut Priamus. Laudat ſe amantium more ne deſpiciēda uideatur.
Nec me faginea. Cōmiſeratione mouet. Deniqꝫ tutus amor
Locus a cauſa. ac ſi dicat: nō tibi mea cauſa mouebitur bellum.
Tyndaris infeſtis. Principium ſecundæ partis qua Helenam da/
nais eſſe reddendam ſuadet Oennone. Iupiter ex Taigeta Atlā
tis genuit Lacedemona: Lacedemon Amyclū: Amyclus Arga/
lum: Argalus Debalum: Debalus Tyndarꝫ: Tyndarus Helenā
Clytemneſtram Caſtorem & Pollucem ex Leda. Rapta igitur
Helena Palamedes Vlyxes & Menalaus legati ad troiam ueni/
unt repoſcentes Helenam & bona ſecū rapta. Omis troiana ci/
uitas ut Septimius autor eſt cū raptum ægre ferret id effici ſua/
debat. Filii quoqꝫ Priami qui antea ſuaſerāt nō reddendā in Pri
ami ſententiam deuenerūt: qui cū populo ſentiebat. Solus Dey
phob⁹ & Eccuba mater: Priami uxor hortatu Helenæ atqꝫ Pa
ridis repugnabant. Eccubaqꝫ ipſa nunc filios nūc Priamum de/
precans omēs in ſuā uoluntatē pellexit. Quare bonū publicuꝫ
materna uoluntate corruptum eſt. Quæ ſi ſit danais. Ponit
in conſultatione an ſit Helena reddenda: conclud itqꝫ ab auctori
tate perſonarꝫ ab utili & honeſto reddēdam eſſe. Vel Hecto
ra fratrem. Arguit ab auctoritate perſonarꝫ eſſe reddendam.
Quid grauis Anthenor. Antenor & reliqui ſenes troiani hor/
tabantur Helenā reddi: legatoſqꝫ benigniſſime excepti de An/
thenore optimū tulerunt ad græcos teſtimoniū. Cuius opa il/
los a Paridis & cæterorꝫ fratrum furore ſeruaſſet. Turpe ru
dimentū. Confirmatio eſt ſumpta ab honeſtate. Vult eni inferr/
re præponendā eſſe patriæ ſalutē fœmellæ. Nec tibi ſi cupi
at. Ab euentu arguit dicens Helenā ſibi fidam nunqꝫ futuram.
Lacenam. Helenā lacedemoniā. Vt minor Atrides. Exēplo
arguit perfidiam Helenæ. Minor Atrides. Menelauſ maior
Agamemnon. Ardet amoř tui. Confutat. Fœlix Andro
mache. Amplificatio. Certo marito. Stabili & proprio Hec
tori. Tu leuior. A cōparatione mobilitatē paridis oſtendit.
& utitur licentia. ea enim eſt: cū in eum quē metuere debemus
noſtro iure loquimur: ut damnemus id in quo erraſſe uideatur.
Nunc recolo. Nunc in mentē ſubit. Hoc tua germana cane/
bat. Expoſitione utitur per ſermocinationē. Nā Caſſādræ per
ſonam cōſtituit cum oratione ad perſonam accomodata: nec ab
eadem ſentētia receſſit: quod proprie expoſitionis eſt: ut Cice/
ro teſtatur. Eſt eni expoſitio cū in eodē loco manemus: & aliud



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

atq; aliud dicere uidemur. Caſſandram Priami filiam uatẽ Apol
lo fecerat: uaticinandiq; peritiam dedit. Sed cum cõcubitum ea
gratia promiſſum negaret deus id effecit (nam data auferre non
poterat) ut uera uaticinans minime crederetur. Itaq; cum uatici/
nium faceret Paridem raptũq; Helenæ fore excidii troiani cau/
ſam non eſt creditum. Quid facis. Vaticinium Caſſandræ.
Graia iuuenca uenit. Iuuẽcam Helenam appellat a ſimilitudine
Nam Helena fuit pugnãdi materia Theſeo Paridi & Menelao
ueluti iuuenca eſt in tauroꝝ pugna. Plautus lenam cõparat au/
cupi: amicum eſcæ: amatorẽ uero auibus. Inquit apud illũ lena.
Non tu ſcis hic noſter quæſtus aucupii ſimillimus eſt.
Auceps quando concinnauit aream offundit cibum
Aues aſſueſcunt: neceſſe eſt facere ſumptum qui quærit lucrũ.
Sæpe edunt: ſemel ſi ſunt captæ: rem ſoluunt aucupi.
Itidem hic apud nos edes nobis area eſt: auceps ſum ego.
Eſca eſt meretrix: lectus eſt ilex: amatores aues.
Demergite. Legitur etiam dii mergite. Furentem. Vaticinã
tem. Vates cum ſpiritu replentur furere & inſanire dicuntur.
Sit facie. In odium Helenam ducere conatur oſtendens eam eſ
ſe adulteram. Socios. Proprios lares & deos nuptiaꝝ cõmu/
nes ſibi cum Menelao. Illam de patria. Theſeus autore Dio/
doro a Pirythoo perſuaſus lacedemona proficiſcens Helenam
decimum iam agentem annum rapuit poſt mortẽ Phedræ: qđ
cum ægreferrent athenienſes Theſeus puellam in aſidnam ur/
bem acticã detulit. Cuius curam Ethræ genitrici & amicis mã/
dauit. Poſtmodo repoſcentibus Caſtori & Polluci reſtituit. Eu/
ſebius tradit. Si Caſtor & Pollux fuere ĩter argonautas quomo
do Helena poteſt credi eorum ſoror: quæ uirgo poſt multos
annos a Theſeo rapitur. Ad quod fortaſſe (cum dubium eſſet)
alludit poeta cum iqnit. Neſcio quis Theſeus: Niſi id ad fœmi
neam ignorantiam rettulerit. Reddita uirgo. Ac ſi dicat non
eſt credẽdum ꝙ Theſeus uirginem ut abſtulit reddiderit Hele
nam. Amo. Amantes ad omĩa penetrãt. Aſt manet. Lau
dat officium ſuũ quo demõſtrat rapiendam eſſe a Paride. Me
Satyri. Inueniſſe amatores probat & fidem facit a Diuino teſti/
monio. Troiæ munitor. Apollo. Spolium uirginitatis.
Concedit crimen. Id quoq; luctando. Extenuat. Dicit nõ ul/
tro ſed uiolentia quadã me uirginitate Apollo ſpoliauit. Ru/
pi capillos. Arguit ſe uiolẽter cõceſſiſſe ab enumeratione ꝑtiũ.

Turpiter ingenium. Sententia eſt. Ipſe ratus. Conatur oſtẽ/
dere ſe benefeciſſe ꝙ Apollini proſtituiſſet arguens ab effectu
Inquit enim ex hoc ſtupro ſum medicinæ artẽ cõſecuta. Medi
cas artes. Apollo medicinæ inuentor traditus eſt: id alii Eſcula/
pio tribuunt. Chironem hærbis medicare primũ inſtituiſſe Ply
nius tradit: hærbãq; centaureã ad uſum mortalium oſtendiſſe.
Me miſeram. Refellit ſe ſanari nõ poſſe ſua medicina: quod ab
auctoritate comparatione a maiori probat. Vaccas phereaſ.
Pheræ urbs theſſaliæ ut Strabo autor eſt ubi Admetus regna/
uit Phereti filius: qui Apolline eſt ſeruo perfũctus ut Orpheus
tradit. Apollo enim diuinitate priuatus ad amphryſũ flu. in cã/
pis phereis Admeti boues cuſtodiſſe dicitur quod cyclopas pe
merat. Alii tradũt ꝙ Apollo cũ cuperet Alceſta Peliæ Adme
ti uxore potiri. Vel ut alii tradunt ipſe Macarei in paſtorẽ uer/
ſus Admeti boũ armẽta paſcere uoluerit de quo Tibullus.
Pauit & admeti tauros formoſus apollo:
Nec cythara intonſæ profuerint ue comæ
Nec potuit curas ſanare ſalubribus hærbis.
Quicquid erat medicæ uicerat artis amor.
Quod nec graminibus. Cõcluſio p cõmiſerationẽ. Oſtẽdit eniꝫ
ſe eſſe in ſollicitudine & miſeria ſi nõ obtineat a Paride reduci.
Sed tua ſum. Auget cõmiſerationem. Nam ſe ſubiicit Paridis
poteſtati.

## HYPSIPHYLE AD IASONA ARGVMENTVM

LITTORA THESSALIAE REDVCI TETIGIS/
SE CARINA. Lemnos inſula eſt maris ionii: adia/
cet macedoniæ autore Ptolemæo: urbes habet myrrinã mariti
mam: & epheſtiam mediterraneã. Hic Thoas Bacchi filius re/
gnauit: bellũ in thracas mouit. Mulieres lemniacæ decreuere
omẽs una nocte uiros cum redirent perimere. Effecere id omẽſ
præter Hypſiphylen: quæ patri Thoãti pepercit: & ĩ colchos
miſit. Argonautæ ea tẽpeſtate e littore pegaſico ſoluentes orã
& in inſulã appellẽteſ a lemniaciſ matribus & domo & thalamo
ſunt excepti. Iaſon Aeſonis argonautaꝝ dux Hypſiphyle puel/
la regia potituſ Thoanta & Eunũ genuit. deditq; fidẽ ſi ex expe
ditione colchica rediiſſet Hypſiphylen ſibi fore uxorẽ. Cõſcẽ/



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

dentes itaqꝫ in altum cum ad Aetam colchoꝝ regem deueniſſet
auxilio Medeæ uellus aureum rapuere. Id enim in theſſaliam
uehentes Medeam quoque quæ Iaſonis amore tenebatur ab-
duxere iolchon: quæ autore Strabone Peliæ regia erat. Iaſõ de
inde corinthum ſeceſſit: ubi apud Creontem regem decem ãnis
conſedit. Interea Hypſiphyles nulla Iaſona ſubiit recordatio.
eo adeo ut non modo ad eam ex pacto nõ rediret: ſed litteraſ eti
am non dedit. Id igitur ægreferẽs cum aĩaduertiſſet Hypſiphy
le: hac epiſtola de eo conqueritur: & primo ponit coniecturas:
quibus oſtendit ſe eſſe ab Iaſone deſtitutam. Deinde nacta rati-
one de uiolata fide & Iaſonis perfidia lamentatur. Suum officiũ
in Iaſona enarrat. Poſtremo in Medeam & Iaſona miꝝ ĩmodum
excandeſcit. Littora theſſaliæ. Somniaſſe puto Teredinem
cum dixit ementitum Ouidium Iaſona in theſſaliam rediiſſe. O
lepidum hominem: cum putarit ipſius uitium ſuamque inſcitiam
iactura poetæ ingenioſiſſimi occultari potuiſſe. Falleriſ ignauiſſi
me falleris. Nam nihil antiquius nihil honeſtius exiſtimauimus
ꝙ ab ipſa canina lingua (quãuis mordere non potes) ueluti reꝝ
uetuſtarum aſſertores uiros integerrimos probatiſſimoſque au
tores aſſerere. Itaque te mentitum Orphei teſtimonio cito: qui
aſſerit de argonautis. Illi igitur nentis acti referuntur iolchon.
Signet ſecundo loco tabellam Diodorus ne forte ſubiectorem　*Contra domitium calderinum.*
exiſtimes orpheum qui tradit libro quinto. Iaſona cum redierit
iolchon filias Peliæ deſpondiſſe. Alceſtam Admeto: Amphi-
monem Andremoni. Euadnen Aeneo Cephali phoceoꝝ regis
Deinde corinthum ſeceſſiſſe. Claudat libellum ſuum & ſe ipſum
uindicet Ouidius in methamorphoſi cum inquit. Somnus ĩ igno
tos oculos ubi uenit: & auro Heros Aeſonius potitur: ſpolioqꝫ
ſuperbus Muneris autorem ſecum ſpolia altera portãs: Victor
iolchiacos tetigit cum coniuge portus. Igitur ab helyſiis iudices
Ouidii aliorumque manes exclamare audio: Supplices quoque
aĩaduertite uos orant. Si pii eſtis: ſi iuſtum colitis. Si æquo ani
mo nefaria ſcelera pati non aſſueſcitis. ut obtrectatorem iſtum
rabulam calumniatorem falſarium ſubſcriptorem aut ad inſulas
relegari: aut grauiſſime ſupplicio affici cenſeatis Theſſaliæ.
Theſſalia dicta eſt a Theſſalo Hæmonis filio: Alii a Theſſalo
Herculis dictam uolunt ut Strabo meminit libro nono. Ca-
rina. Argo naui. Diues uellere auratæ ouis. Aries qui Phry
xum in colchos aduexit: & lanam auream habuit natus eſt in or

thomeno boetiæ oppido ut Hyginus eſt auctor. Aliiꝗ uero in
ſolone urbe in finibus theſſaliæ natum dixerunt. Inquit Hypſi
phyle. Audio te in teſſaliã rediiſſe. cum aureo uellere. Quã
tum ſiniſ. Ac ſi dicat. gratulari te incolumem rediiſſe minime de
beo: quoniam tu non permittis: cum ad me nec redieris: nec
ſcripſeris. Hoc tamen ipſo. Deeſt de. Et amantẽ accuſat ꝗa
de reditu non ſcripſerit. Vnde naſcitur ſuſpicio coniecturæ ꝙ
ſit a iaſone deſtituta. Nam ne pacta tibi. Cum cuperes redi-
re lemnon potes non habuiſſe proſperos uentos ne redires in
mea regna quæ tibi pepigi in dotem. Vel pacta. Ad quæ re
dire debeaſ ex federe. Qualibet aduerſo. Si nauigatio aduer
ſa te huc non detulit: ſcripſiſſes ſaltem. & eſt aliæ coniecturæ ſu
ſpicio. Coniectura ut inquit Cicero debet habere ſuſpiciones in
teriectas & diſperſas: ut nihil actum ſine ratione uideatur.
Cur mihi fama. Alia ſuſpicio. Sacros boues. Amplificat rem
ut magis ſuſpicari deceat. Boues Marti dicatos qui ignem e nari
bus efflabant. Alii ab Iaſone dicunt edomitos: Orpheus uero a
Medea. Seminibus iactis. Phryxus cum perueniſſet in col-
chos ad Aeetam: Martique pellem auream arietis dicaſſet: Dẽ
tes ſerpentinos dedit Aeetæ. Vnde Orpheus ait. Quæ ſemi-
na Phryxus geſſerat Aeetæ ueniens bellator ad aulam. Quos
dentes ſerere oportebat illis ſubmiſſis ad iuga martiis tauris qui
uellus aureum ſurripere uoluiſſet: unde naſcerentur homines ar
mati. qui nati cum feciſſent primum impetum ĩ Iaſona qui illos
ſeuerat dentes continno ſeſe mutuo in ſe uertentes arma pere-
mere. Segetes. Multitudo: & alluſit ad ſatos dentes Per-
uigilem draconem. Medea poſtquam terrigenæ fuerunt extinc
ti Caſtorem Pollucem Mopſum & Iaſona conuocauit: & quibuſ
dam peractis ſacris duxit in hortum ubi erat ingens fagus: un-
de aureum uellus dependebat. Sed quoniam peruigil draco id
cuſtodiebat illum quibuſdam carminibus obdormire fecit: quæ
ad ſomnum ſatis non fuiſſent: niſi Orpheus ceciniſſet. Tunc Ia-
ſon ſua potenti dextra uellus ab arbore detraxit: & ad nauem de
tulit. Pecudis. Arietis. Fulua. Aurea. Quid queror.
commouet ad miſericordiam: & queri non debere tradit: cũ poſ
ſibile ſit hactenus amari: Iaſonaque in fide manere. Barbara
narratur. Arguit a rumore ſe iure ſuſpicari deſertam extitiſſe.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Barbarum crudele ſignificare Quintilianus oſtendit libro pri-
mo & Horatius in odis. Lederem oſcula barbare. Et idem Oui-
dius in amoribus cum amicam Corinnam uerberarit inquit.
Quis non mihi barbare dixit. Credula res amor eſt. Ait qui
amant facile credunt: ideo apud me fides eſt te me deſtituiſſe.
Inſimulaſſe. damnaſſe. Hoſpes ab hæmoniis. A teſtimonio
arguens confirmat coniecturam ſuam. Inquit theſſalus quidam
ueniens lemnon omnia de te narrauit. Hæmonia theſſalia eſt
nuncupata ab Hæmone rege. Hæſit. Humum diu reſpiciēs
non loquebatur. Protinus exilui. Exponit rem commemo-
rans ſuum officium. Exilui. Cum furore & exiliendo dixi.
Me quoque fata trahunt. Nam mortuo Iaſone nolo uiuere.
Viuit ait. ſcilicet Theſſalus. Timidum quod amat. Amor eſt
res timida ut ſuperius dictum eſt. Res eſt ſolliciti plena timo-
ris amor. unde eſt: Ideo coegi iurare de uita tua quia timebam
ut amantes ſolent. Vtque redit animus. Syllaba longa eſt
ob conciſum præteritum. Aeripedes. Pedes æneos haben-
tes. Vipereos. Serpentinos. Tuliſſe arma. Terrigenæ
primum arma in Iaſona tulerunt. Deinde cum in eos grauiſſi-
mum lapidem iecisset Iaſon in ſeſe manus uertere. Terrige-
nas. Ouidius terrigenas appellare ſolet armatos uiros qui e ſer-
pentinis dentibus nati ſunt tum a Cadmo tum a Iaſone ſemina-
tis. Fata diurna. Quoniam uno die nati & extincti ſunt.
Deuictus. & Medeæ carmine & Orpheos cantu ut diximus.
Speſque timorque. Verſabar inter ſpem & metum: ideo apud
me non erat certa fides. Detegit. Theſſalus tandem aperuit
te detineri amore medeæ. Heu tibi pacta fides. Poſtquam
oſtendit ſe iure queri poſſe exit ad lamentationem. Faxque
ſubarſuros. Faces quas matrimonio accendebant ominis gratia
frangebantur: ne in rogum aliquem adhiberentur. Pronuba
Iuno in matrimonio adhibebatur auctore Varrone. Pronu-
ba ut Pompeius ait ideo nuptiis interueniebat ut auſpicium fa-
ceret. Scilicet ut illa uni tantum nupſerat uiro: ſic nubentium
eſſet ſingulare matrimonium. At mihi nec. Commutat ſe-
cunda ad infœlicia: ita ut ſequentia ſint prioribus contraria:
ut non Iuno non Hymen fœlicia numina interuenerunt meis

nuptiis: ſed furiæ truculentiſſimum auſpicium facientes Min-
xys. Minxe ex orcomeno boetiæ profecti ut autor eſt Strabo
iolchon habitarunt: unde argonautæ minxæ appellati ſunt.
Tritonide pinu. Triton eſt fluuius & palus libyæ: ubi inſula eſt
ut Herodotus meminit: in qua regnante Ogyge pallada uiſam
primo extitiſſe dixerunt. Vnde tritonis & tritonia appellata
eſt. Pinu. Argo naui quæ ideo tritonia dicta eſt & tritonis
quoniam Palladis & Iunonis numine fabricata eſt. Quare apud
C. Balbum Pallas iubet argum nauim fabricare his uerbis. In
mœnia pernix theſpiaca ad carũ tritonia deuolat argum. Moli-
ri hunc puppem iubet & dimittere ferro. Robora peliacas eti-
am comes exit in undas. Quid mihi. Lamentatur per inter-
iectionem. Nauita Typhi. Typhis Agnii filius gubernator
nauis argus gubernandi adminicula primus repperit ut Plyniuſ
autor eſt. De quo ſic Orpheus loquitur. Aſpexi Typhin agni-
den qui dirigebat puppis linthea: & exercens ſe iuxta confinia
theſpiorum nauigat in pelago thelmeſi. Is enim fuit doctus ob-
ſtare ſæuis & horriſonis procellis & perducere argo ad tutos
portus. Senis Aeetæ. Aeetas Solis ex Perſa filia Oceani fi-
lius rex colchorũ fuit ubi diximus Phryxum uellꝰ aureum Mar-
ti dicaſſe. Certa fui primo. Commemorat quid facere potuiſ-
ſet: & quod non in ſententia perſtiterit: fatis non imprudẽtiæ
tribuendum. Hoſpita caſtra. Per tranſlationem argonauim
intelligit. Papinius tradit lemniades primo cũ argonautis pu-
gnam commiſiſſe: deinde mutato conſilio illos & hoſpitio & tha-
lamo excerpſiſſe. Viros uincere. Quoniam una nocte omneſ
uiros peremerunt ut diximus. Milite tam forti: Ac ſi dicat
quemadmodum uiros peremerint ſic & uos trucidare potuiſ-
ſent. Vrbe. Myrrina. Virum. Iaſona. Tertia meſſis
erat. Ponit locum rem & tempus ante oculos: Vt oſtendat
quicquid euenerit inutile ſibi iniuſte eueniſſe: & Iaſona accu-
ſandũ eſſe cũ eã nõ ſua culpa deſeruerit. Abſtrahor. Hypſi-
phyle. Exponit qd Iaſõ dixerit cũ ſolueret orã e littorẽ lẽniaco
ut ad miſicordiã ĩducat Quid tñ e nobis grauida celat̃ ĩ aluo
Iaſõ Hypſiphylen ꝑgnãtẽ rliqt: quæ enixa ẽ geminoſ Thoãtẽ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

& Eunum. Huic Hypſiphyle apud Papinium inquit libro quin/
to. Necnon ipſa tamen talami monumenta coacti Enitor gemi/
nos. Hactenus. Hec tantum locutus es: cætera quæ dicere
uolebas ſuppreſſit dolor. Sacrā. Iunoni & Palladi dicatam.
Propulſæ. Commotæ & remis & uelo. In latus omne pa/
tens. Quid ipſa fecerit Iaſone diſcedente narrat. Per lachry
mas ſpecto. Et ſi lachrymæ uſum impediebant: Tamen tanta
erat reſpiciendi libido: ut longius aſſueto reſpexerim. Ad/
de preces caſtas. Laudat officium ſuum & inquit. Cum de tuo re
ditu timerem diis uota perfeci ut te mihi incolumem reſti/
tuerent: quæ ego perſoluerem ſi mihi rediſſes: & te non Me/
dea potiretur. Dona feram templis. Ironia eſt. ac ſi dicat per
ſoluam uota quod incolumem Iaſona perdiderim. Nō equi/
dem ſecura fui. Arguit ex coniunctis. Nam id futurum eſſe ti/
mebat ne Aeſon Iaſona aliam cogeret uxorem ducere. Adiun
git poſtea non id ſibi nocuiſſe. Sed Medeam quam faſtidioſe
& inuide barbaram pelicem appellat: eamque damnat a corpo/
ris uitio: & linguæ. Nam autor eſt Strabo omnes præter græ
cos barbaros appellari: propterea ꝙ male inepteque pronunti/
ent. Non expectato uulnus. Metaphora ſumpta a pugnan
tibus in harena cum gladiatorum alter non ab imminente retia/
rio: ſed ab aliquo non prouiſo hoſte uulneretur. Sed car/
mine mouit. Zoroaſtes primus omnium magicam diſciplinam
repperit. Traduntur etiam inter primos Apuſtorus & Zarathꝰ
medi. Marmaridius babylonius. Hippochus arabs. Zamoceni
das aſſyrius. In theſſaliam magice e perſide accita eſt ut Plyni/
us tradit ad thelmeſum urbem patriam Menandri: qui fabulam
theſſalam nuncupauit: quæ complectitur ambages fœminarum
euocantium lunam. Cantata falce. Falce aenea ad luna hær/
bæ metebantur. ut Virgilius qui magicus fuiſſe traditur inquit
libro æn̄. quarto ad ueneficia conficienda. Cantata. Carmi/
ne medicata. Illa reluctantem. Medeam uituperat a magice
& ueneficio. Illa loco ſiluas. Locorum commutationes non
tantum ueneficio uerum etiam natura ipſa fieri poſſe comperi/
mus. Nam ut in geſtis Neronis Plynius ſcripſit. anno illius ſu/
p̄mo prata oleæq; ītercedēte uia publica in cōtrarias ſedes trāſ
greſſæ ſūt in agro marrucino: prædiis Vectii Marcelli equitis

Romani qui res Neronis procurabat. Per tumulos errat.
Hoc loco non mihi cōſilium uiſum eſt quod Teredo inſcitiſſime
dixerat ſilentio præterire: cuius hæc ſunt uerba. Diodorus non
ſcribit Medeam fuiſſe ueneficā: ꝙ ſcilicet ueneficiis obeſſet ali/
cui: īmo aduerſata crudelitati paternæ multos hoſpites liberaſ
ſe. Vnde hoc hominum pernicies cōmentus es. Legiſti ne apud
Mangonem: aut obſeruaſti apud laniſtam non opinor. Sed a de
latoribus quos imitari ſtudes accepiſti. Nec id quidem. Sed cū
ſorte tibi Diodorus occurriſſet: & hoc ab eo tuo impetu exqui/
rere tētares: ille formidine preſſus uiperinis dentibus quibus
omnia conteris & diſcerpis primo congreſſu inhoneſtiſſime la/
ceratus: ne ad poſtremum exitium ageretur ad me ſemilacer ef
fugit. Quem cum ita heſitantem inſpicerem: rogaui: quid nam
ſibi tanto terrori extitiſſet. Tunc ille. Non tuteipſe meis inſpec
tis uulneribus intelligis: Quod cum ſufficientiſſime tenerē per/
lotis purgatiſq; plagis & non multo poſt ad cicatricem deductiſ
autorē præſtantiſſimum cum rumor increbruiſſet de hac re po
tiſſimum cōſului. qui in hanc ſententiam locutus eſt. Medea tū
a matre tum a ſorore ſingula ueneficia edocta diuerſis moribus
uixit. Nā hoſpites liberabat: & ſæpius apud patrē precibus &
gratia pro damnatoꝝ ſalute intercedebat. Poſtpaulo inquit Me
deæ opera effectū ut Pelian filiæ diſcerperēt. Præterea ſuiſ me
dicaminibus Glaucen & Creontē patrē incēſa regia extinxiſſe fi
lioſq; in furias Aeetā trucidaſſe: & plura ī hāc ſētētiā apud illū
licet inſpicere. Quæ cum tu explorare non poſſes: ignorareſq;
quid Diodorus de hac re diſſeruerit nullo affectus pudore & il/
lum contaminari: & te ipſum tuoſque aſſedas fraudare imo deci/
pere pernicaciſſime auſus es: ſed de his hactenus. Oſſa rogiſ
Magi quædam oſſa non omnia corporis humani præſertim arti
culos ad ueneficia oſſeruarunt: quæ e recēti cadauer̄ detrahūt
Deuouet abſenti. Abſentes alibi legimus. Sed deuoueo tibi &
te dicimus. Deuouet abſenti: Hoc eſt in abſentes etiam ſuis
ueneficiis ſæuit. Simulacraque cærea fingit. Aperit quo pac
to in abſentes ſæuiat. Fiūt enim ex cæra ſimulachra: quæ licio
laneo circundantur: ut Virgilius dixit. Non enim fit imago alia
ex lana ut quidam putauerunt. ideo in bucco. eſt. Licia circūdo
deinde concalefacta ad ignem acuum multitudine infinguntur.
uel penitus igne conſumuntur eo adeo ut æque ac imago ī quē
facta ē cruciatibꝰ afficiat̄. Fingit. Effigiat. Miſeꝝ qūi ī quē

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſactũ eſt illud ſimulachrum aut uexatur ſtimulis aut extinguitur
Et quæ neſcierim. Subaudiendũ ueneficia Medea facit. Me
lius ne age. Legendum eſt ut in uetuſtiſſimo codice obſeruaui/
mus: non maga. ut ſit ironia quæ ex prima age Iaſon an melius
ueneficio ꝗ moribus & forma amica comparatur: ac ſi dicat mi/
nime. Hærbis. Veneficio. Mobilis Iaſon. Alii moribus le
gunt: & tunc eſt particula non ſubditur: ſed Et. Adde quod.
Alia criminatio in Medeam quam inquit titulis & Iaſonis laudi
bus obeſſe. Vt ſit Medea quicquid geſſeris ſibi propter uenefi
cia adſcribit. Atq; aliquis Peliæ de partibus. Probat Mede/
am obeſſe eius titulis a rumore. Nam qui Peliæ factionem ſe
cuntur: uelleris rapinam Medeæ tribuunt non tibi. De par/
tibus. De factione. ut galli cæſarianas partes ſequebantur: hoc
eſt factiones. Acta. geſta tua. Imputat. Adſcribit. Non
hæc Aeſonides. Ponit murmurationem illoꝝ qui factiones Pe/
liæ ſequebantur. Phaſiaſ. Medea Eete filia deducto patrony
mico a phaſi colchidis fluuio. De quo Lucanus. Colchoꝝ qui ru
ra ſecat ditiſſima phaſis. Per hunc argonautæ nauigantes in col
chida peruenere. Idem in tertio de arte inquit. Phaſias æſoni/
den: Circe tenuiſſet Vlyxẽ. Reuulſit. Dicimus auulſi & auel
li: reuulſi & reuelli: diuulſi & diuelli. Reuulſit. Non abſtulit
ut ille putauit: ſed extraxit. reſpexit enim poeta ad uellus quod
in fago pendebat magna ui & non ſine timore ab Iaſone inde cõ
uulſum. Non probat alcymede. Ab auctoritare parentũ im/
probat facta. Medeæ & Iaſonis. Alcymede mater Iaſonis fuit:
uxor Aeſonis ut Balbus tradit. Diodorus Amphimonem dicit.
Non pater. Aeſon pater tuus non probat te Medeam uxorem
accepiſſe. Gelido axe. E colchide: quæ eſt ad ſeptẽtrionem.
ubi eſt borealis polus qui axis dicitur. Illa ſibi tanais. a patria
in contemptum Medeam ducit. Tanais fluuius eſt ſcythiæ & ut
Plynius & alii dixerunt oritur e ripheis mõtibuſ. Quod qui di/
ligentius inueſtigarunt falſum eſſe repperere. Eiuſq; ortum fe/
runt a palude rutenoꝝ: cuius ambitus eſt quattuor mil. paſſuũ.
Nauigabilis non eſt uſq; ad terras roxanoꝝ. Quibus Herodo/
tus aſſentire uidetur. Demergitur in paludẽ meotidẽ quæ ma/
ris põtici mater eſſe creditur. Facit. n. mar̃ quod boſphoꝝ cym
merium appellamus. Cuius anguſtiæ ſunt octo mil. paſſuum.
Inquit ſummat Medea ſibi ſcythicum maritum non græ/
cũ. Paludibus. Meotide. Scythia tota paludoſa eſt. Pha/
ſidiſ. Phaſis phaſidis & phaſis dicitur ut tanais tanais & tanaidis.
Patria. Colchide ſcythia. Mobilis Aeſonides. Ideo ſuperi/
us legendum eſt mobilis & forma conciliandus amor. Mobilis
ideo dictus ẽ quod pollicita nõ ſeruarit. Nã ſuperius dixit: Vir
tuus hinc abeo: uir tibi ſemper ero. Aura uerna. Vento uer
ni tẽporis quãdo eſt maxima uẽtoꝝ cõmutatio. Si te nobili/
tas. Poſtꝗ Medeã & eius ſcelerata facta uituperarit: ſe cõmen
dat primũ a magnitudine generis: ut Iaſon iniquiſſime feciſſe ui/
deatur cũ Medeam ſibi propoſuerit. Thoanti minoo. Thoas
Hypſiphyles pater Bacchi & Ariacnes Minois filiꝰ fuit. Cõ
iunx. Ariacna. Redimita corona. Corona humeꝝ ſiniſtꝝ Ar
thophilacis contingit. Cancro & leone exoriente occidit: ori/
tur cum ſcorpione. Habet ſtellas nouẽ in circulum diſpoſitas.
Ex his tres clarius cæteris lucent. Hãc coronã Ariacnes fuiſſe
exiſtimãt. Dicũt enĩ in inſula dia quæ naxos poſtea nuncupata
eſt dum Ariacne Libero nuberet hanc ſibi Venerẽ dono tradi/
diſſe: quã a Vulcano eius uiro gẽmis indicis fabricatã in nuptiis
longe antea acceperat: cum dii omẽs eius thalamo aliquid cõfer
rent. Alii uolũt Bacchũ Ariacnæ dediſſe: cum ad Minoa diuer
teret: cuius fulgore adiutũ Theſea labyrĩthũ r̃ſoluiſſe. Nõnulli
aiunt Thetydem dediſſe hanc Theſeo coronã: Theſeum quoq;
Ariacnæ: ſed a Libero inter ſydera cõſtitutã. Signa minora.
Inferiora minuſq; lucentia. Dos tibi lemnos erat. A faculta/
te diuitiaꝝ & loci bonitate ſe cõmẽdat. Terra ingenioſa. Fer
tilis & uaria generãs. Tractũ eſt a Lucretio qui ad Venerẽ in/
quit libro primo. Tibi ſuauis dædala tellus: Summittit flores.
hoc eſt ingenioſa & uaria producens. Et Virgilius Circen dæda
lam dixit. Lemnos ut Papinius dixit tota eſt fertilis: nec ſamo
inferior qua Iuno celebrata eſt Me quoq; quod tales. Nõ do
tales legendum eſt: ut ſit: hoc quoq; tibi erat quod me ĩter hu
iuſmodi res uxorem habebas. Inter tales. Dignam inter ma/
iores meos annumerari. Nunc etiam peperi. A fecunditate
ſe probat. Ambobus. Mihi & tibi. Dulce onus. Pariendi
nulla mihi fuit difficultas cum Iaſonem meæ fecunditatis auto/
rem meminiſſem. Fœlix ĩ numero. Quoniam ambo uiuunt.
Vt inquit Plynius raro accidit ut genitis geminis aut puerperæ
aut puerperium præterꝗ alter non moriatur. Gemellam p
lẽ. Eunũ & Thoãta. Si queris cui ſint ſimiles. Habẽt parẽtis
ĩ oĩa ſimilitudinẽ præter pfidiã: & r̃mouet adulterii ſuſpicionẽ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Legatos quos pene dedi. Miſiſſem illos ad te legatos niſi timu/
iſſem Medeam. Medeam timui. Exponit quare nõ miſerit fi/
lios. Spargere quæ fratris. Locus per comparationem a ma/
iori. Nã ſi fratre; diſſecuit multo fortius priuignos trucidabit.
Orpheus in argonauticis inquit. Medea nocturno tẽpore rapto
uellere: & ante quam e littore colchico ora ſolueretur fratrem
Abſirtum in fruſta diſſecuiſſe: & in mare proieciſſe: Nereideſq;
detuliſſe ad inſulas abſirtidas poſtea a facto nuncupatas quæ ſũt
contra dalmaciam. Plynius & Strabo aſſerunt Medeã apud haſ
inſulas nõ in colchide Abſirtum fratrem interemiſſe. Ouidius
uero in triſtibus tradit in ponto Medeã ideo fratrem laceraſſe.
ut fraterno funere inſequentẽ Eetam retardaret: locũq; quoniã
illic in fruſta ſit diſſectus Abſirthus thomos populoſq; thomi/
tas nũcupari. Nã thomos ſectionẽ latine ſignificat. Vnde atho
mi corpuſcula illa minutiſſima quæ in ſole cernuntur. Hãc o
tu demens. Contẽtio eſt in cõparatione in ſentẽtiis nõ uerbis.
Nã duplex eſt cõtentio: uerboꝝ & ſentẽtiaꝝ. Illa ex uerbis ce/
leriter relatis cõſtat: hæc ex ſentẽtiæ cõtrariæ cõpatione effer
tur. Præterea poſtq; Medeã dãnauerit & ſe ipſam ſuãq; cauſã
cõmendauit: Iaſonẽ damnat: primo a falſo iudicio ꝙ ſibi Mede/
am propoſuerit. Theda pudica. Rectũ coniugiũ. Thedã ma
res nuptiis præferebant. Patrem Eetam. Rapui liberaui
cum lemniades cæteros uiros necarint. Scelerata piã ſi uin/
cet. Apud iniuſtum iudicem iniuſta cauſa iuſtiſſima eſt. Sic apud
Iaſonem qui perfidus & ſceleſtus eſt. Scelerata Medea me piam
& pudicam ſuperabit. Emeruitq; uiꝝ. Iaſonem. ſ. per crimen
Lemniadum facinus. Purgat crimen quod obiici potuiſſet per cõ
ceſſionẽ. Venus indignata quod ſibi lemnides ſacra non egerint
ut hyrcinum odorem redderẽt effecit: uiri ægreferẽtes relictis
uxoribus bellũ thracibus ĩtulerũt. Lẽniades itaq; Polyxuſ cõſi
lio quod in tẽplo Palladis actũ ẽ maritos oẽs una nocte & uiroſ
cæteros pemerunt. Polyxo Caropẽ maritũ quattuor natos pa/
trẽ & fratres Gorge Helymũ Myrmidone Cydon Creneum &
Gian: Popea Cydemon filiũ trucidarunt. Sed Hypſiphyle pa/
trem ſuũ Thoantẽ ſeruauit: qui poſtea in colchide regnaſſe fer/
tur. Inquit non laudo lemniadũ facinus & ſi ira excuſari poſſint.
Dic age. Interrogatio eſt ex indignatione. Vt oportuit. redi
re lemnon ex pollicitationibus debuerat Iaſon. Iniquis tibi
nõ optatiſ. Comeſq;. Medea. Hiſcere tibi. Vt te abſorbe

ret. Tutus ad amorem ſe rettulit. Pelicis. Medeæ. Im
pleſſem. Fedaſſem. Quoſq; & Medeæ & Iaſonis uultus ſan/
guine ipſius Medeæ fœdaſſem. Abſtulit. Mihi ſurripuit.
Medeæ Medea forem. Cum niſi a Medea Medea puniri nõ poſ
ſet: ego eſſem huiuſmodi tũ amoris inſania: tum facinore in me
ſuo. Quod ſi qd ab alto. Cõcludit per imprecationẽ. Nã cũ
uera ſit cõiectura Iaſonẽ reuocari nõ poſſe: cõcludit nõ ut aman
tem ad ſe trahat: ſed ut animum in precando releuet & inquit ſi
Iupiter e cælo iuſte imprecantiũ exaudit uoces faueat meis exe
crationibus. Succuba. Mulier quæ per adulteriũ aut quacũq;
ueneris illicitæ cõſuetudine ſuccũbit ſuccuba dicit̃. Vtq; ego
deſtituor. Imprecat̃ ita ut futura prænoſticari uideat̃. Sed poe
ta ad ea quæ ſecuta ſũt iter Medeã & Iaſonẽ Hypſiphylẽ ꝗuis
nõ fuerint alludere uoluit. Iaſon ob Creuſã Creõtis regis corin
thii filiã Medeã pepulit. Quæ indignata Creontẽ Creuſã do/
mũq; eius incendio abſũpſit Dyndimũ & Theſandrũ cõmunes fi
lios trucidauit: Theſſalus fugit: illi ſepulti ſunt in tẽplo Iunonis
Iaſon dolore ſe ĩteremit. Medea thebas petiit: Herculẽ inſania
purgauit: inde athenas ad Aegeũ fugit: accuſata ueneficio ad fu
gã cõpulſa eſt. Aegeus incolumẽ in phœniciã ferri curauit. De
inde ad ſuperioreſ aſiæ regiones migrauit: ubi a quodã rege me
dum fi. a quo ſit media nuncupata creaſſe uolunt: ꝗuis nonnulli
Aegei filiũ tradant. Tandẽ repetita colchide ſuũ æuum finiuit.
Mater duoꝝ. Thoantis & Euni. Totidem. Duobus Dyndi/
mo & Theſãdro. Illa. Medea. Viro. Iaſone: Parta. nõ
Iaſonis amore diu potiat̃: quẽ ueneficio ſibi cõciliauit. Peiuſ.
Relinquat Iaſonẽ Medea peius ꝗ me Iaſon reliquerit. Exu
let. Medea. Toto orbe. Atheniſ: thebiſ: phœnicia: tota aſia
& colchide. Quã fratri. Abſirtho. Parenti. Aeetæ. Sic
ad necẽ cogat Iaſona ut patrẽ & natos perimat ut Abſirthũ fra
trẽ. Cõſumpſerit. Fugiẽdo. Aera tẽptet. Ferũt Medeam
e corintho fugiẽtẽ alatos dracones equitaſſe: & ad Aegeũ athe
nas euolaſſe. Erret inops. Medea. Cruẽta expers ſua cæ
de. Expers cæde ſua genitiui loco auferẽdi caſus eſt poſitus: ut
ſit: Ne ſe interimat neu inueniat perẽptorẽ: ſed erret inops &
cruẽta ſuoꝝ cæde: & exps ſua. Fraudata cõiugio. Matrimo/
nio decepta. Thoãtias. Hyſiphyle Thoãtis fil. Oro hoc
Imprecor in Medeã & Iaſona. Deuoto. Execrabili. Nup
ta. Medea. Vir. Iaſõ. Toro. Matrimonio. Iaſõ & Medea



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

inſauſto omine execrabili coniugio uiuant.

## DIDO AENEAE ARGVMENTVM

SIC VBI FATA VOCANT. Iupiter ex Io Inachi
filia genuit Epaphū: Epaphus Belū priſcū & Libiā ex Ca/
ſiope: Belus priſcus Danaū Egiſtū & Agenorē. Agenor pheni/
ciæ iperauit: puellas Taigetā & Europā: pueros Cilicē & Phe/
nicem. Cilix Ciliciæ nomen dedit: pheniciæ Phenix. Is Belum
creat qui & Metres dictus eſt: Belus Pygmalionem Annam &
Dido. Sicheus Pliſtenis filii Phenicis Agenoris filius quem Si/
carbam alii: Trogus Acerbam nūcupauit Dido uxorem duxit.
Sacerdos fuit: qui honor apud phenicas eſt regio ꝓximus. cūqꝫ
eſſet ditiſſimus: Pygmalion auaritia ductus ut auro potiretur il
lum trucidauit. Dido a uiro in ſomniis monita omi theſauro ſub
repto qui latebat & per ſomnium patefactus eſt fugiēs inſidias
fraternas cum ſorore Anna in libyam nauigauit. Ab Iarba Am
monis filio numidiæ rege tantum terræ emit quantum taurino
corio circūdaret. Quo diſſecto in minutiſſima lora piliſqꝫ in ſta/
men deductis locum occupauit ampliſſimum. ubi carthaginē cō
didit annos centum ſexaginta quattuor poſt captum ilium. Seu
ut alii tradunt autore Euſebio ānos centum nonaginta ſex. Ad
dunt quoqꝫ eam urbem non a Dido: Sed a Charchedone Diduſ
patre edificatam. Itaque conuenire non uidetur ꝙ Aeneas qui
incendio troiano ſuperſtes fuit ad Dido dum conderetur cartha
go tempeſtate delatus ſit. Verum primus apud latinos de amo
re Didus & Aeneæ Ennius effinxit: quem imitati Virgilius &
Ouidius dicunt Aeneam ſeptem annos errantem in africam ad
Dido perueniſſe. At Caſſius Emina cum quo Dionyſius conue/
nit tradit Aeneam non amplius trecentis ſociis tertio āno poſt
combuſtam troiam deueniſſe. Meſſala in africam Aenean dela
tum tradit: Dido uero ſilentio præterit. At Virgilius & poetæ
in eandem ſententiam uenientes nauibus decem & nouem tem
peſtate in africā delatum Aeneam hoſpitio & thalamo Dido ex
cepiſſe tradunt. Iuſſu uero Iouis Mercurio nuntiante Aenean
in latium nauigaſſe. Regina igitur poſtquam deſerta eſt in furo
rem acta & mox ſeſe interemptura carthagine ad nauigantem
Aenean hanc epiſtolam dediſſe fingitur. Plena eſt lamētationis
& querimoniæ. Plus exaſperationis & acrimoniæ q̄ꝫ dulcedinis
& mitigationis habet. Nā ſpe qualibet deſtituta: & ueluti quæ
occumbere decreuerat ſcribit: & ad uirum quidem de diſceſſu p
uaſum & quem in ſua ſentētia firmiſſimum nouerat. Illum itaqꝫ
ſduritie atqꝫ ingratitudine præcipue arguit.

SIC VBI FATA VOCANT. Principium eſt a ſimili/
tudine: & deſperationem ſignificat. Cano inquit in morte ueluti
cycnus. Plynius de cycno inquit. Olorꝫ morte narratur flebilis
cantus falſis ut arbitror aliquot experimentis. Iidem mutua car
ne ueſcuntur inter ſe. Currum Veneris ductitabāt. Stabulātur
ad aſiam paludem: caicum fluuium phrygiæ: caiſtrum: meandrū
& padum. Vbi Cycnus Steleni filius in hanc auem cum nimium
Phaetonta deploraſſet conuerſus eſt. De meandro dicemus.
Nec quia te noſtra. Propoſitum eſt epiſtolæ: qua ingratitudi/
ne & duritie Aenean arguit. Aduerſo deo. Fato iniquo uel
non fauente cupidine. Meritam famam. Qua adibam ſydera
Cum perdiderim famam: facile eſt uerba perdere. Certus es
ire tamen. Perfidia arguit Aenean: ideo ſequitur: iidem uenti &
fidem & uela auferunt. Cum federe. Quod de matrimonio ī
ter utrunque ceſſerat. Quæ tibi ſint neſcis. Temerarium ē
nullo certo fine moueri. Noua carthago. Dido ut diximus
carthaginem condidit: quam birſam a corio denominatam Vir/
gilius tradit. Carthaginem uero a Carchbedone dictam Euſe/
bius rradit qui Didus fuerit pater. Facta fugis facienda petis
Temeritatem auget. Vt terram inuenias. Arguit a ſequenti
bus. Quando erit ut condas Per ea quæ ſunt futura difficilio
ra facit. Omnia ſi ueniant: Poſſibilitatem notat. Vnde ti/
bi. Ad Lauiniam alludit: quæ Turnum amabat. Vror ut in/
ducto. A ſimili arguit ſe nimium amore cruciari. Cæratæ tæ
dæ. In europa picem ſudant ſex arborum genera Pinuſ pinaſter
picea larix abies & tæda quæ abundantiorem habet ſuccum q̄ꝫ
reliquæ. Sed parciorem liquidioremque q̄ꝫ picea flammis ac lu
mini ſacrorum etiam grata. Succum qui ex eius ligno conciſo &
in furnum deiecto manat ſyrii appellant cedrum: quo in ægyp/
to cadauera ut illeſa ſeruarentur perfundebantur. Per ſe ardet
tæda. Si addatur ſulphur fiet ardentior. Quare non abſurdum
uideretur ſi tædam non modo ad ſuum genus tantum referamuſ
ſed etiam ad quodque lignum ſulphure illinitum. Vnde manife/
ſte uideri poterit non cedratæ ſed cæratæ legendum hoc eſt ſul



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

phure ſuperinductæ. Aenean animo. hyppallage eſt hoc eſt
die & nocte mihi eſt animo Aeneas. Ille quidem male gra/
tus. Cum beneficia ſua aliqua ex parte diſſeminarit. ingratitudi/
nem Aeneæ obiectat. Male. nihil. Si non ſim ſtulta. Ca/
rere uelim poſſe Aenea ſi non ſũ temeraria. Nec tm̃ Aenea
Non odi hominem ſed uitia: non in perſonam ſed in mores iue/
hor. Infidum. Ob perfidiam. Queſta quoniã querimonia
amor minime ſanatur. Plautus in aſinaria inquit. Fortunas que/
ror meas. Parce uenus. Ex nimio amoris feruore numinibus
ueniã iplorat. Venus ex Anchiſe ad ſimoenta fluuium Aenean
genuit: eadẽ eſt Cupidinis mater. Aut ego. Præciſio ẽ quæ
plus linquit in ſuſpitione q̃ꝫ ponat: & eſt: aut ille me amet: aut
ego ſoluar ab amore quæ amare incepi. Neqꝫ enĩ dedignor
amare. Deſiderium ſuum per correctionẽ ponit. Curæ. amo
ri. Plautus inquit: Non ueto te amare qui dant qua amentᷓ gra/
tia. Ab ingenio matris. Nam Venus facilis eſt: Aeneas du/
riſſimus. Et lapis & montes. A genere duritiem notat. Sic
Virgilius. Nec tibi diua parens generis nec Dardanus auctor
Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus: hyrca/
næqꝫ admorunt ubera tygres. Quo tamen: Amplificat ut ĩ
cõmoditatis & periculi recordatione moueatur a nauigatione.
Hyemis gratia. Quæ mihi ſit benignior q̃ꝫ tu. Non ego ſũ
tanti. Cõmiſerationem & beniuolẽtiam aucupatur: ut ſit: quid
ego poſſum contra te: ꝙ ut fugias: uilem mortem exiſtimaſti.
Quod non mediteris. hoc non ex quadam ſimulatione dictũ exi
ſtimes. Exerces precioſa odia. Ironia eſt. Nam aliud ſenſu ẽ
aliud littera. Iam uenti. Ab ĩminẽtibus laborat Aeneã a cur
ſu retinere. Ceruleus Triton. Triton Neptuni & Salmacis
nymphæ filius p̃ris eſt tubicen. Plynius nõ eſſe fabuloſos Tri
tones aſſerit: ſed romam allatos Tyberio imperãte: Marina nu
mina cum ad ſupficiem aquaꝝ inducuntur tranquillitatẽ porten
dunt. Sic Papinius in Achille. Armigeri Tritones eunt: ſcopu/
loſaqꝫ cete. Quid ſi neſcires. Demonſtrare nititur quæ peri/
cula fuerit paſſus nauigando. Non uiolaſſe fidem. Diſſuadet
nauigationẽ a uiolatis numinibus quæ in ſontes ĩmitia ſũt: præ
ſertim cũ amor læditᷓ. Inquit: nõ eſt nauigãdum quoniã Venus
e mari nata ẽ. Cytheriacis. Cythera inſula ẽ cõtra maleam a
qua Venerẽ dici uolunt. At Põpeius ab urbe cypri cythera no
mine Venerẽ cythercam nũcupatã dicit: in quã primũ deuecta

niſſe dicitur concha cum in mari eſſet concepta ex teſtium celei
ſanguine quos dormienti patri Saturnus falce abſciderat: proie
ceratqꝫ in mari. Quod ideo finxiſſe poetas inquit Varro ꝙ ca/
lor & humor cauſa ſint generationis. Perdita ne perdam. Te
meritate ſe arguit ꝙ id timeat quod uerendum non ſit neqꝫ ali/
ter ſe habere poſſit. Inquit Seneca. Stultũ eſt timere quod eui
tare non poſſis: dolere potius q̃ꝫ timere debere dicit Timemus
ĩminentia: ſed præſentia mala dolemus. Viue precor. Cõcili
ationem parare nititur. Finge age. Circumſcribit quæ ĩmine
re poſſunt ut terrorem incutiat. Nullum ſit in omine põdus.
Quod dixi non ſortiatur effectum: ſed quid ages in tempeſta/
te deprehenſus. Omen eſt quod ex hõis ore captatur. Tur
bine. tempeſtate. Turbo eſt interruptus uentus. Occurrent
periuria. Et pernities Didus quam mori coegiſti & tua periuria
& quæqꝫ crimina erunt ante tuos oculos tempeſtate deprehen/
ſus. Quidqd id ẽ. Dices merui quæ patior. Da breue ſæ/
uitiæ ſpatium. Cõcludit oſtẽdẽs quid facere expediat. Nec
mihi tu parcas. Deprecatio ẽ ſũpta ab utilitate Aeneæ Iulo.
Aſcanio Aeneæ filio. Te ſatis eſt titulum. Latenter oſtẽdit
mortis periculum Aſcanio in ea nauigatione imminere poſſe.
Quid puer Aſcanius. Iulus cũ ceruum inſequeretur Aſcanius
appellatus. Nã ut Coruinus affirmat primo Ilus deinde Iulus
tandẽ Aſcanius appellatus ẽ. Is eſt ille Aſcanius qui. xxx. annis
poſt mortẽ Aeneæ albam lõgam cõdidit Aeneæ filius ex Cre
uſa Priami. Aeneas ex Lauinia Poſtumũ Siluiũ genuit. Quid
puer Aſcanius. Subiicit quid Aeneæ obeſſe poſſit: & quid mali
cõſeq ex ea nauigatione. Penates. Deos penates quos Aene
as in italiã uexit. Alii dicũt fuiſſe Caſtorẽ & Pollucẽ ſamothra/
cũ deos. alii duos iuuenes uirilis ſpeciei. alii cælum & terram &
eoſdẽ eſſe penates & deos magnos. alii Neptunum & Veſtam
ducti ꝓpterea ꝙ Virgilius dicit. Tauꝝ Neptuno: tauꝝ tibi pul
cher Apollo. Quibus nõ aſſentior. Sed de hoc latius in Virgi/
lio diſputauimus. Fers. Deos penates. Et effert id quod in
aduerſariũ dici oportet: ut mẽdacem arguat. Presserunt. Im/
pietate Aenean arguit & mẽdacii: ideo ſubdit: omĩa mentiris.
Formoſi mater Iuli. arguit ab auctoritate rei geſtæ. Creuſa Pri
ami filia ea nocte qua troia cõbuſta eſt ab Aenea per errorẽ re/
licta facta eſt Cybeles ſacerdos: & ſi ab Aenea interemptam
nonnulli tradiderunt. Hoc mihi narrabas. Narrabas mihi



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

perfidiam tuã. Nouere. Dii meruiſſe me dicunt quoniã ĩ te cõfi
dere nõ debui: quare te ob meã culpã minori ſupplicio afficiẽt
Quin te tua numina. a facto probat numina damnar perfidiam
Aeneæ Tua numia Dii penates uel numina quæ dicebas te ĩ
italiã impellere: Septima hyems. Septimus annus cũ Virgi/
lio cõgruit q dicit ſe primo anno poſt captũ iliũ Aeneã ad Dido
pueniſſe. Alii uero ut diximus ãno tertio. Tuta ſtatione. por
tu carthaginenſi. Dedi regna. Nõ te hoſpitio recepi: ſed mea
regna tuæ tradidi poteſtati. Cõmemorat ſua officia in Aeneã:
ut deinde euꝫ ingratitudine arguat. Illa dies nocuit. Iuno de
matrimonio Aeneæ & Didus cũ Venere conuenit. Proceres ty
rii & troiani uenatũ eunt: Iuno fecit repentinas aquas ſingulis di
uerſa loca petẽtibus ſolus Aeneas & Dido ad eandẽ ſpelũcã de
uenere. Virgilius ſic tradit. Spelũcã Dido & dux troianus eãdẽ
Deueniunt: prima & tellus & pronuba Iuno: Dãt ſignũ: fulſere
ignes: & cõſcius æther Cõnubiis: ſũmoq; ululare uertice nym/
phæ. Ille dies primus lœti: primuſq; maloꝝ cauſa fuit. Vlu/
laſſe. Ceciniſſe: nõ nymphæ cecinerũt ſed furiæ mea fata ſignifi
carunt. Exige leſe pudor. Cõmiſerationẽ mouet. Audierat
eni ſe Dido e tẽplo uocari ad mortẽ a cineribus Sichei cui caſti
tatẽ ppetuã pmiſerat. Ideo apud Virgilium: unde hic locus eſt
ſũptus hoc legimus. Præterea fuit in tectis de marmore tẽplũ
Cõiugis antiq miro quod honore ſolebat Velleribus niueis. &
feſta frõde reuictũ: Hinc exaudiri uoceſ: & uerba uocãtis uiſa ui
ri. Ede marmorea. Tẽplo marmoreo. Sicheus. Imago Si/
chei. Vellera alba. albi pãni: q caſtitatẽ ſignificãt. Tegũt. Ima
ginẽ Sychei & tẽplũ. Quater. Sæpius. Citari. ad mortẽ
uocari. Sũ tamẽ admiſſi. Nõ uenio qm̃ afficior pudore ob ad
miſſũ hoc ẽ crimẽ meũ. Decepit idoneus auctor. Excuſanda
ſũ ob præſtãtiã Aeneæ qua capta ſũ. Idẽ apud Virgiliũ. Huic
uni forſan potui ſuccũbere culpæ. Diua parẽs. purgat ſuũ cri
mẽ ab auctoritate Aeneæ: & primo a gñre eũ laudat ꝙ eius ſit
mater Venus quæ dea ẽ. Senior pater. Anchiſes cuius ori/
go erat a Ioue. pia ſarcina. pietatẽ ĩ Aenea mõſtrat. Man
ſuri. nõ abituri. Honeſtas cãs. qm̃ cũ honeſto uiro erraui q
oĩ pte pbãdus exiſteret: ſi ſola fide nõ carer&. Durat ĩ extre/
mum. A fato pudorẽ tegerẽ laborat. Sẽp mihi fortuna obſtitit.
Tenor. pſeuerãtia ẽ qualiſcũq;. Occidit in terras. pbat exẽ
plo ſibi cõtrariari fortunã. In terraſ. In patria. ſ. tyri nõ in ty

rias ut qdã putauerũt. Pygmaliõ ad aras in tẽplo autore Virgi/
lio tyri mactauit Sicheũ: humauitq; clã ſorore. Cui cũ pararet ĩ
ſidias in ſõnis eam Sicheus monuit paſt eacto theſauro ut fra/
ternas parata claſſe fugeret iſidias. præmia. qm̃ regnũ illi re
lictũ eſt. Virgilius tamẽ inqt. Portanẽ auari pygmalionis opes
ne exiſtimares illi aliqd theſauri eſſe relictũ. Exul agor. Ex/
ponit qd paſſa ſit: ut cõmiſerationẽ faciat. Viri. Sichei. pa
triam. pheniciã. Hoſte ſequẽte. pygmalione. Ignotis. ad
ignota libyæ loca. Fratri elapſa. Cui nõ minus piculũ ex fra/
tre iminebat ꝙ ex freto. Littus emo. ñ emi legẽdũ eſt: ut in
uetuſtiſſimo codice obſeruauimus. Vrbẽ cõſtitui. Carthagi/
nẽ Dido cõdidiſſe diximus. Ea in peninſula quadã iac& ambitu
ſtad'. ccc. &. lx. muro cincto: Eius lõgitudinẽ ſtad'. lx. iugũ oc/
cupat: quod deſcẽdit a mari in mare: hic elephãtes ſtabulabãt.
In media urbe arx fuit quã byrſã uocarũt: ſupciliũ ſatis habita/
tũ & erectũ: in cuius uertice fuit Aeſculapii tẽplũ: quod Aſdru
balis uxor capta urbe ſecũ concremauit. Arci ſubiacẽt portus.
& copton parua inſula & rotũda euripo circũdata: quam nauale
circũdat quod Dido cõdidit cũ gente ex tyro pfecta. Finiti/
mis inuidioſa locis. Strabo aſſerit adeo fortunata fuit hæc phe/
nicũ colonia & ea quæ in hiberia eſt uſq; ad colũnas Herculis ut
adhuc optimã europæ partẽ & ĩ continẽti plura loca & adiacen
tes inſulas habeãt. Bella tumẽt. Iarbas bello carthaginenſeſ
infeſtabat: ꝙ eũ Dido cõiugẽ recuſaſſ&. Virgilius autor ẽ apud
quẽ Iarbas ad Iouẽ querit ꝙ ſibi Aeneam Dido præpoſuerit.
Quid dubitas. A piculis ſibi iminẽtibus cõmiſerationẽ mouet:
& inquit. Si tibi me cõmiſi bene tu me Iarbæ tradere uideris.
Pone deos. Licẽtius cõuitia ob cõceptũ furorẽ in Aeneã hẽt.
Pœnitet. A numinibus pbat Aeneã ſceleſtum. Deos penates
pœnitet euaſiſſe ab incẽdio troiano cũ in tuas manus puenerit.
Forſitan & grauidã. A cõſequẽti ĩcõmoditate locus eſt. Con
nexos. Cõiunctos me & natũ. Sed iubet ire deus. Irriſio eſt.
Nã rid& Mercuriũ Aeneã diſcedere iuſſiſſe. Hoc duce. Dũ
ducit te hic deus quẽ Mercuriũ dicis. Pergama uix tãto. am
plificat rẽ ut aium cõcitet. Simoẽta. Flu. troianũ. Tybri/
dis. Flu. etruſci qui intrat mare tyrrhenũ: & oritur ex apẽnino
mõte qui italiã diuidit. Terra petita. Italia ĩminentia incõmo
da exprimit Aeneæ quo minus abeat. Pygmalionis opes.
Paratus erat theſaurus & claſſis ut phenices frumentatũ accede



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

rent quo de more ſingulis ãnis regulus mittebat. Dido cõcilia/
to ſibi populo fratris crudelitateſ oſtẽtãs theſaurꝝ rapuit & claſ/
ſẽ illã cõlcedẽs in libyã nauigauit. Ilion. Iliacos methonomia
eſt. Vrbẽ tyriã. Carthaginem. Si tibi mens auida. Soluit
quod Aeneas obiicerẽ potuiſſet. Quæro bellicoſos populos ad
quod. Quẽ ſupet deſit ne qd præbebimus hoſtẽ. Hic locuſ ar
ma. Africani uiri bellicoſiſſimi fuerunt. Tu mõ p fratrẽ. Con
cludit p cõmiſeratioñẽ deprecãs ut pauliſper reſiſtere Aeneas
nõ dedignetur. Deos. penates. Mars. Bellũ troianũ hoc
eſt ſi nõ ulterius bellũ patiaris: ſed troianũ bellũ tuo labori mo
dũ ĩponat. Annos. Aſcanius uixit ãnos fere nonagita. Se
nis Anchiſæ. Anchiſes in ſicilia decedens ſepultus ẽ ĩ tẽplo Ve
neris erycinæ: quod eſt in eryce ſiciliæ monte. Parce precor
domui. Dido apud Virgiliũ. Miſerere domus labentis: & iſtam
oro ſi quis adhuc precibus locus exue mentẽ. ptbia. Amplifi
catiõe utiẽ. Nõ ſũ Hermione Menelei: nec Electra Agamem/
nonis: quæ erat mycenee: nec ẽt aliqua ex patria Achillis quæ
erat ptbia: ꝓpter quod me fugias. A patria ſe nõ eſſe fugiẽdaꝫ
mõſtrat. Vir. Menelauſ. & hoc ad Helenen. Pater. Aga/
mẽnõ: a gñre. Si pudet uxoris. a cõiũctiõe & uolũtate. Nota
afrũ. Locꝰ a reꝝ pſpiciẽtia. alludit ad ſyrtes quæ interdũ nauiga
biles ſũt ĩterdũ ſpirãte auſtro naufragiũ faciũt harenaꝝ cumulis
aggregatis. Cũ dabit aura. Vẽtos ñ ẽe ad nauigãdũ idoneos
oſtẽdit. Tẽpus ut obſtet. Intẽpiẽ nauigãdi mõſtrat. Et ſo
cii reqẽ. a ſocioꝝ & claſſis ĩcõmoditate pſeuerãtiã pare laborat
Sin minus. Oſtẽdit qd de ſe futuꝝ ſit ſin minuſ quod petierit nõ
exorarit. Nõ potes eſſe. qm̃ me perimã. Troicus enſis.
Aeneas enſẽ reginæ liquerat. Hic Virgilius: Cõſcendit furibũ
da rogũ: enſẽq; recluſit Dardaniũ: nõ hos quæſitũ munus ĩ uſuſ
Quã bene cõueniunt. Nõ eſt ironia ut ille exiſtimauit: ĩmo cõ
feſſio eſt: ac ſi dicat: nulla munera magiſ mihi cõueniebãt & meo
exitio q̃; enſis: Impenſa breui. Vno tm̃ enſe. Dicit ĩpenſa &
expenſũ: qm̃ apud maiores cũ nõ eſſet uſus ſignati æris id pẽde
bãt. Nec mea. Conſueui pati uulnera: ideo facile tolerabo.
Nũc fortunæ ictus: nũc amoris: ĩpñtia ferrũ patiar. Ille locꝰ
pectus. Anna ſoror. Dido apud Virgiliũ. Miſeræ hoc tñ unũ
exequere Anna mihi. Solã nã pfidus ille Te colere: archanos
ẽt tibi credere ſenſus. Sola uiri molles aditus: & tẽpora noraſ.
Vltima dona. Exeqas pompas funebres. Eliſſa Sichei. Dido

Eliſſa alio noie nũcupata ẽ. Nõ marmorẽ ĩprimatẽ ꝙ fuerĩ uxor
Sichei: ſed hoc carm̃. pbuit Aeneas. Dido fertẽ nõ Aeneæ
cã ſe pemiſſe: ſed cũ Sichei cineri ꝑpetuã uirginitatẽ iuraſſet ſed
Iarbã coacta uiꝝ acciperẽ: cõuocatis ciuibꝰ medio foro cõſtructũ
rogũ cõſcẽdiſſe: & ut oraturã ſpectãte populo ſeſe trucidaſſe.

## HERMIONE AD ORESTEM
## ARGVMENTVM

PYRRHVS ACHILLEIDES. Iupiter ex Ploto nym/
pha genuit Tãtalũ: Tãtalus ex Taigeta ſeu Penelope Ni
obẽ & pelopẽ: pelops ex Hyppodamia Oenomai Lyſindacen:
Atreũ Thieſtẽ & pliſtenẽ: pliſtenes ex Europa Agamẽnona &
Menelaũ: Menelaus ex captiua Lydia Agapenthũ: ex Helena
Tyndari fi. Hermionẽ Agamemnõ: ex Clytẽneſtra Iphigeniã
Chryſotemim Laodicẽ & Electrã Aleſũ & Oreſtẽ. Tydaruſ dũ
Menelaus eſſ& ĩ obſidiõe troiana Oreſti Hermionẽ nepte uxo
rẽ dedit. Interã Menelaꝰ huiꝰ cõnubii inſcius eãdẽ pyrrho ut li
bẽtiuſ pugnaret ſpõd&. Finito bello in pr̃iam redeut: petit uxo
rẽ pyrrhꝰ: negat Oreſtes. pyrrhꝰ Oreſte in furiaſ acto eã rapit
& ut alii tradũt ſptha ad moloſſos in epyrũ: ſeu ut alii lariſſã in
theſſaliã traduxit. Hermiõe ita ꝑ raptũ ægreferẽs ad Oreſtem
tũ mycenis agẽtẽ (nam ultus erat mortẽ paternã & furiis pur/
gatus) hãc ſcribit epl'am. Interã pyrrhus delphos petit ut gra/
tularetẽ Apollini ꝙ paterna cæde ſe uindicaſſ&. Oreſtes mitt t
exploratores q negãt Neoptolemũ delphis eſſe. Oreſtes ad in
qſitionẽ uiri ꝓfectus altero die rediit negocio pfecto. Nã pau/
lopoſt uulgatus ẽ ſermo Neoptolemũ occidiſſe: & id factũ eſſe
inſidiis Oreſtis: qm̃ Hermionẽ ad ſe recepat. Ex qua uolũt fili/
os ſuſcepiſſe Thiſamenen Coryntbũ & Oreſtẽ. Epl'a tota eſt in
cõqueſtione & cõmiſeratiõe: petiturq; ut a pyrrho uindicetur.
PYRRHVS achilleides animoſus. Pyrrhus Achillis filiuſ
fuit ex Deydamia. Lycomedis ſcirioꝝ regis filia. alio noie Nep
tolemus nũcupatus. Pyrrhus uero a criſpa ceſarie ut Plutarchuſ
meminit. Incluſã cõtra iuſq; piũq; tenet. ꝓponit ꝓpter qdẽ
queratẽ. pyrrhus uiolẽter me tenet cõtra humanitatis & religio
nis oñm̃: unde mea oritẽ q̃rela. Quod potui. ad id accedit qm̃
animoſus ẽ pyrrhus: ideo repugnarẽ non potui: præſertim quia
puella ſũ. & laudat officiũ ſuũ cũ dicit id feciſſe quod ſolũ cõceſ/

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ſũ erat.ſ.ut apud Pyrrhũ inuita maneat. Nõ ſum ſine uindi
ce.habeo Oreſtẽ ultorẽ. Sub dño ſuo.Quãuis me habeas
Pyrrhe apud te arbitriũ tamẽ eſt ſuo dño.ſ.Oreſti. Surdior
ille freto.In odiũ trahit Pyrrhũ ab ĩmanitate & duritie. Meta/
phora eſt ſũpta a præcelſo freto quod cũ uota habuerint nautæ
fluctus ñ rponit. Quid grauius.Miſericordiã mouet fatũ ſuũ
memorãs idignũ ab exẽplo.Nã ñ grauiꝰ paterer ſi troiani cœ
piſſent lacedemoniã. Parcius Andromachen.Exemplum ẽ.
Achaia.Græcia Pyrrho forte ceſſit Andromache Oenonis fi/
lia uxor Hectoris:ex qua Molopſũ filiũ ſuſcepit Pyrrho mor/
tuo eã Helenus Priami filius uxorẽ accepit cui moloſſoꝝ etiam
impium datũ eſt. At tu cura mei.proponit qd uelit: qdqꝫ fa
ciendũ fuerit ab Oreſte ſubiiciens. An ſi qs rapiat.Locus ꝑ
cõpationẽ a minori.Si mouent arma ꝓ armentis multo fortius
ꝓ uxore. Sit ſocer exẽplo.Ab auctoritate Menelai probat
Oreſtem iuſte mouere arma debere ut cõiugeꝫ repetat. Sit
ſocer.Menelaus pater meus. Nuptæ Helenæ. Nõ mille
rates.a facili mouet Oreſteꝫ.nõ opus eſt mille nauigiis ut me
habeas ut Menelaus effecit:nec opus eſt innumeris militibus.
Sic quoqꝫ erã repetenda.Subiicit quod faciendũ erat:qm̃ hone
ſtũ eſt uxorem ab iniuriis uindicare. Quicqd auus.a genere
etiã honeſtã cãm facere laborat nã fratres ſobrini erãt. Atreꝰ
nõ fuit Oreſtis auus:ſed Agamemnonis & Menelai patruus.
Sed cũ Pliſtones illoꝝ pater iuuenis admodũ decederet: illos
ueluti natos educauit Atreus quoꝝ pater exiſtimatus eſt. At
pr̃ æacide.Pyrrho ab auo Aeaco deducto pronymico. Acti.
Cõiũcti mr̃imonii inter Hermionem & Oreſteꝫ.Menelauſ pa/
ter cũ neſciret inter nos actũ mr̃imoniũ me Pyrrho deſpondit.
Pluſ ꝑ q priot eſt.Tyndarus Hermionem Oreſti abſente Me
nelao dederat.Sed cũ lege cautũ.maternus auus ĩ nepotes iura
nõ habere:ideo ſubdit plus poſſit auus qꝫ pater.quãdoqdẽ pa
ternus auus maiora ĩ nepotes iura habeat qꝫ pater:niſi illũ emã
cipauerit. Cũ tibi nubẽbã.Iniuria eſt quæ noſtrã cãm hone
ſtã facit quæ tibi ſi Pyrrho nubã infertur. Præpetis dei.cu/
pidinis.amauit Menelaus. Tu mihi quod matri.Cõtẽtio eſt
ꝑ cõpationẽ.qua oſtenditur Oreſtes genere:re militari:& uir/
tute Pyrrhum præſtare. patris.Achillis. parentis Aga
mẽnonis:qui græcoꝝ exercitus impator troiano bello extitit.
Virtute.Corporis fortitudie. Arma ĩuidioſa.crim̃ extenuat.

Induit illa patrem.Redeuntem Agamemnonem e bello troia/
no in littore Clytemneſtra facta obuia domum perduxit: tuni/
cãqꝫ ſine exitu præbuit.Egiſtus cũ illic latuiſſet ferro agreſſus
illum interimit.Oreſtes tũc puer cũ adoleſceret collecta ex cre
ta atheniſqꝫ manu Stropho cuius antea filia Egiſto nupſerat au/
xiliãte contra myceneos profectus cũ exercitu Clytemneſtram
matrẽ trucidat:deinde redeuntẽ Egyſtum locatiſ inſidiis pemit
Miceneũqꝫ regnum ſibi adſciuit. Hanc tamẽ impleſti.Cly/
temneſtrã matrẽ ſuo ſanguine maculaſti:quæ te plena aliquan/
do fuit. Laudemque.Quod laudandum eſt crimen appellat.
Hermione corã.Amplificatione utitur ut demõſtret ſe ſuũ offi
cium recte gerere. Nec ferus enſis adeſt.Quid ſi adeſſet in
terimerem tua geſta improbantẽ. Diffundimus iras.Mõſtra
mus iras flendo. Hument incultæ.Duo innuit & fleo & in/
culta ſum. Hoc generis fato.Arguit a fato ꝙ rapta fuerit.
Nõ ego fluminei.Probat exemplo:& breuiter per occupatio/
nem demonſtrat quid in ſuo genere actum ſit.Iupiter uerſus in
cycnum cum Nemeſi cõcubuit:inde ouũ exortũ a mercurio de/
portatum eſt ad Ledam.Vnde Caſtor & Pollux geniti tradun/
tur.Alii affirmãt Iouem in cycnum cum Leda Tyndari uxore
conſuetudinem habuiſſe:& duobus exortis ouis ex altero Cly/
temneſtram & Helenen:ex altero Pollucem & Caſtorem fuiſſe
progenitos. Qua duo porrectus.Oenomaus elidis rex cer/
tamen præpoſuit ut qui curſu ſuperaret filiam Hyppodamiam
haberet uxorẽ.Pelops corrupto Myrtilo auriga uictor euaſit.
Hyppodamiã duxit:Oenomaus ſeſe interemit.Pelops a ſe regi
onẽ peloponeſſum appellauit.Curſus erat ab Iſthmo de quo di
ximus ad elidem.Tãtalus pater Pelopis regnauit in phrygia ea
parte quæ paphlagonia eſt nuncupata autore Diodoro. Pere
grinis.phrygiis pelopeis. Amycleo.Amycle urbs laconiæ
patria Tyndari. Mopſopia urbe.Aſidna mopſopia dicta eſt
actica a Mopſopo rege ut Strabo meminit.Helenes in aſidna
urbe acticæ ut diximus Ethræ genitrici a Theſeo cũ eã puellaꝫ
rapuiſſet cura demãdata eſt.Vnde poſtmodo repoſcẽtibus Ca
ſtori & polluci reſtituitur. Tyndaris.Eadem Helene a Pari/
de rapta ẽ. Idæo hoſpite.paride. Pro ſe.Cauſa ſua. Vix
eqdẽ memini cũ Theſeꝰ rapuit Helenã geñtricẽ meã. Auuſ
Tyndarꝰ. Soror.Clytẽneſtra. Fr̃es.Caſto & Pollux. Le
da.Mater. Suum.cũ quo cõſueuerat laſciue Cõiux.Mene

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

laus Vnde non tantũ de raptu Theſei quãtũ de rapina Alexan/
dri uidetur innuere: quod utrũq non cõuenit. Nam cũ rapta ẽ
a Theſeo: coniuge carebat: Alexandro eã abducente Caſtor &
Pollux occubuerant. Tamen de Paridis rapina intelligit: quod
paulo inferius demonſtrabit. Pelopeia. Ex genere Pelopis
Pelides utinã. auget crimen Pyrrhi ex paterna ſententia. Nã ſi
Achilles uiueret Pyrrhi facinus damnaret. Pariſ Apolline ſagit
tam regente Achillẽ trucidauit. Nec quondam placuit. allu/
dit ad Hyppodamiã quã ſibi ab Agamemnone ablatã ſũmope/
re doluit Achilles: Quæ mea cæleſtes. Vtitur amplificatio
ne ad incitandum Oreſtẽ incuſando deos & ſydera. Parua mea.
Exponit eius ab ineunte ætate infœlicitates. Sine matre.
Quoniã eam rapuerat Paris. Sarcina grata. Gratum onus ẽ
genetricib⁹ natos ſuſtinere. Intraui thalamos. Moris erat apud
maiores nuptas puellas ꝙ matres locarẽt in thalamis. Aberat
enĩ Helena cum Hermione data eſt uxor Oreſti. Obuia pro
dieram. Menelaus cũ ex ægypto reduceret Helenã diu errans
tandẽ peruenit in cretam. Omẽs ad uiſendã Helenã cõcurre/
runt. Cupiebãt enim illã cõſpicere. propter quã omis tere or/
bis cõſpirauerat. Deinde mycenas appellens ingẽtiſſimo plau/
ſu exceptus eſt omĩbus obuiam prodeũtibus. Pars hæc una
mihi. Vnũ tantũ fœlicitati mihi ceſſerat ꝙ Oreſtes mecũ erat
matrimonio iũctus. Pyrrhus habet captam. Inuidioſe dictuꝫ
eſt ut in Pyrrhũ Oreſtes incendatur. Munus hoc. Quod ab
Oreſte abducta ſim Pyrrho tradita. Nox ubi me thalamis.
Perſiſtit in demõſtratione ut nõ modo quid acciderit: ſed quid
ipſa faciat oſtendat. Vnde ad miſericordiã in ſe & ad iram cõtra
pyrrhum ſuſcitetur Oreſtes. Pro ſõno. Nõ dormio ſed fleo
Quaq licet: Inquãtũ licet. Scyria mẽbra. Scyros inſula eſt
cõtra megarã i ægeo regnũ Lycomedis ubi dũ Achilles lateret
ĩter regias puellas Deydamiã ſtuprauit Lycomedis filiã: exqua
pyrrhũ filiũ genuit. Vt omen. Quia ſpero te uendicaturum
Hermionen ex hoc loco. per genus infœlix. peroratio eſt a
cõmiſeratione. Parentẽ. Ioue nostri generis auctorẽ. Pa
tris tui. Agamemnonis i cuius ultionẽ matrẽ & Egiſtuꝫ peme/
rat Oreſtes. Aut ego præmoriar. Teſtor deos & oſſa tui pa
tris ꝙ aut extinguar in prima iuuẽtute aut uindicata ex pyrrho
iterum Oreſtis cõiugiũ ſortiar. primo æuo. Iuuenis erat admo
dũ Hermione. Tãtalide. Horeſtis. Tãtaliſ. Hermione.

# DEYANIRA AD HERCVLEM
## ARGVMENTVM

GRATVLOR ECALIAM. Hercules Iouis filius ex
Alcmena ut eſt in Plauti Amphitryone ægreferens Ly/
cinnii filioꝝ interitum per uiginti filios Hyppocoontis admiſſũ
cum quinq annos in arcadia fuiſſet calydonem ſeceſſit: ubi De/
yanirã Oenei filiã ex Althea Meleagro iã defũcto duxit uxorẽ
Memor deinde Eurytum euboicæ ecaliæ ſibi Iolen denegaſſe
Cõtra illius liberos Toxeũ Milionẽ & Pythiũ exercitũ duxit
ecaliã urbẽ ſubſtulit: filios Euriti interemit: Iolen rapuit: ex eu
boea i cyneũ mõtem: cuius adeo amore flagrauit: ut quicqd ab
Omphale paſſus fuerat ab eadem pati ſubſtineret. Sacrificatu/
rus igitur in cyneo monte Lycam puerum pro ueſte ſacerdotali
tyrinthum ad Deyaniram miſit. Deyanira Iolen uerita ut ſibi
Herculis amorem conciliaret oleo ſpermate & ſanguine Nexi
centauri ueſtem infecit. Id moriens Nexuſ ab Hercule uulnera
tus fieri mõſtrauerat: cũ de Herculis i ſe beniuolẽtia dubitaſſet
Nouerat enĩ ille fore ut ſuo ſanguine q uirus erat ſeſe de Her/
cule ulciſceretur. Delata per Lycam ueſtis cum indueretur uene
no paulatim incaleſcẽte Herculem ad perniciẽ inducebat. Qui
in furorem actus Lycam peremit: & dimiſſo exercitu thrachina
profectus Lycinnium & Iolaum delphos ad oraculum miſit. In/
terea Deyanira rem oẽm per nuntium accipiens epiſtolam pri/
mo ad herculem ſcripſit. Deinde dolore percita ſeſe ſuſpendio
affecit. Præterea Iolaus ab oraculo tulit ut in æta theſſaliæ mõ
te pyra conſtrueretur: de reliquis curam eſſe Ioui. Conſtructã
conſcendit ſolus: Philoctetes cui ſagittas reliquerat ignem ſuc/
cendit: ubi nullo reperto oſſe creditum eſt cælum conſcendiſſe
Iupiter eſt Iunonem precatus ut in filium Herculem haberet:
quæ cõſcẽſo lecto corpus ueſtibus ſuppoſitum ueluti pariens
emiſit: quod barbari in adoptionem imitantur. Hebe Iunonis
filia uxor adhibita illi miniſtrat in cælo. Menecius actoris filius
ĩſtituit Herculi opũte boetie oppido tauro capro & ariete ſacri
ficari. Euſebius tradit Herculem non eſſe unum ex. xii. quoniã
tẽpora nõ conueniant. Epiſtola eſt tota tragica: iucũdũ pricipiũ
habet & finẽ turbulentum cum obiurgatione & cõmiſeratione.
GRATVLOR ECALIAM: Gaudeo te expugnaſſe eca
liam: ſed magis doleo te Iole quæ uicta eſt ſuccubuiſſe. Fa/

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ma pelaſgiadas. Narrat a fama ſe iure quæri hoc ſcilicet Hercu
lem quem Iuno non potuerit uincere Iolen ſuperaſſe. Deco
lor. Turpis labefactata: tractum a colore. Hoc uelit Eury/
ſteus. Hoſtis uoluntatem obiicit: ut magis pudeat Herculē mu
lierculi ſuccubuiſſe. Euryſteus Iunone inſtigāte ut dicemuſ Her
culi certamina proponebat. Nouerca. Iuno. At nō ille uenis
Ab ortus magnitudine quod illi ſcilicet non reſpondeant ſua ge
ſta Herculem arguit. Iupiter ad generandum Herculem ſi Dio
doro credimus tres noctes in unam redactas conſumpſit. Ideo
Soſia ille in Plauti fabula quæ amphitryo inſcribitur ſe non ui/
diſſe noctem illa longiorem queritur. Plus tibi ꝙ Iuno nocu
it Venus. A repugnantia locus eſt. Nam quæ debuit nocere
profuit: quæ prodeſſe nocuit. Illa. Iuno. Subſtulit. Lau/
dem dedit. Hæc Venus. Reſpice uindicibus. Demōſtrat
facta ingētia Herculis ut malegeſta turpiora atqꝫ eius querimo
niæ iure haberi uideāt̃ Nereus. Oceanus Latā humū. Or/
bē uniuerſū. Reſpice qualiter totū orbē tua uirtute pacaueris.
Hercules totum orbem peragraſſe fertur: mōſtraqꝫ edomuiſſe
Vtrāqꝫ domū. Orientē & occidenteꝫ. Quod te latuꝝ eſt. In
libya occidētis Atlas & Heſperus fratres oues ſpecie decoras
habuere. Ex Heſpero Heſpera nata ē: quæ Atlāti nupſit. Ab
eo regio heſperia noīata. Atlas ex ea ſeptē genuit filias: quæ a
patre atlantides a matre heſperideſ appellatæ ſunt. Buſiris pyr
ratas miſit ut uirgines raperēt: quos inſecutus Hercules truci/
dauit: uirgines patri reſtituit. Quo bn̄ficio motus Atlas Her/
culē aſtrologiā edocuit: & primus ſpherā ut Plynius tradit ab
Atlāte edoctus ad græcos traduxit. Vnde fabuloſū illud exor/
tū eſt Herculem umeris cælū ſuſtinuiſſe. Fulſit. Subſtinuit.
Sydera. Cælū cū ſyderibus. Atlas cælū per Herculē ſubſtiou
it. Notitia. Fama. Sic in culice Virgilii. Notitiæqꝫ ducū uo/
ces hoc eſt ad famā pricipū: ad quid notitiā & nomē ſortitus es
inter mortales niſi ad infamiā & æternū dedecus: ſi tua facta in/
gētia ſtupri mēda labefactaueris: Tene ferunt. Adueniente
Alcmenæ partus tēpore Iupiter edixit ea die debere naſci regē
pſeoꝝ. Iuno extēplo Lucinā miſit ut Alcmenæ ptū cōprimeret
Itaque Euryſteus ante genitus eſt: Alcmena Iunonem uerita
Herculem in campum expoſuit herculeum poſtea nuncupatū:
qua gradientes Iuno & pallas admiratæ infantis indolem reſti/
terunt: cūqꝫ illi Iuno māmam præberet ueluti nouercā cogno/

uiſſet eam uiolentius momordit. Dea dolore percita confeſtim
abiens duos dracones īmiſit ut pueꝝ enecarent: quos puer fau/
cibus apprehenſis ſtrangulaſſe traditur. Vnde illi nomē īditū
eſt Hercules quaſi Iunonis gloria. Alceuſ enim antea uocabat̃
Iam Ioue dignus eras. Tūc cū eras in cunis eras dignus Iouis di
ci filius nō impræſētia. Cœpiſti melius. Præſtantior eras ī
pueritia ꝙ in uirilitate. Cedūt. Non reſpondēt. Hic uir.
Alius uir eſt ꝙ fuerit puer. Quē non mille fere. Probatio.
Sthelenēius hoſtis. Perſeus ex Andromede Sthelenū genuit.
Sthelenus argiuoꝝ regno tranſlato mycenas Euryſteū: qui cū
una nocte cū Hercule cōceptus: tamē ſeptimo mēſe editus ope
rante Iunone illū duobus mēſibus in natiuitate præceſſit quare
regnū fato ſortitū Herculi ex uoluntate Iunoniſ certamina præ
ponebat obeunda. Diodorus tamem aſſerit Ioue ſtatuiſſe quod
Hercules duodecim tantum labores quos præpoſuiſſet Eury/
ſteus perficeret. At bene nupta feror. Ironia eſt quod male
nupſerit Herculi. Quammale inæquales. Probat a ſimili ſe
Herculi male nupſiſſe. Nō honor eſt ſed onus. Pulchritudo
non eſt mihi dignitas ſed moleſtia: quoniā lædit ipſas formoſas
puellas: præſertim ſi dignioribus nubant. ideo pari nubendum
eſt. Honor. Dignitas. Onus. Moleſtia. Species. Pul/
chritudo. Ferentes. Ipſas puellas quæ pulchritudinē ferūt.
Vir mihi. Cōfirmatio eſt. Mōſtra. Gerionē: hydrā lerneā.
Feras. Aprū: ceruū: equos Diomedis: leonē ut dicemuſ. Ca
nes eſuros. Ad Cerbeꝝ alludit quē Hercules ab īferis ad ſupe/
ros traxit. Vexabat̃ uariis curis & exiſtimatōibuſ Alcmena atqꝫ
ſōnioꝝ uariis imaginibus. Pecudū fibræ. Extiſpicia. Simu
lachra ſomnii. Viſiones manes. Omīa arcana. Sacra nocturna
oīa Herculiſ exitiū mihi mināt̃. Mactabāt Diti & Sōno nigram
pecudē noctu ut ſōnia luſtrarēt. Aucupor. Inqro. Speſqꝫ
timorqꝫ. Adeo incerta eſt fama ut nec ſperare nec timere que/
am. Mater abeſt. Alcmena. Poſtquam a peloponeſſo rediit
Hercules & Eurytionem Centaurum contra Hyppolitam Ole
nii filiam deſpōſatam axanio uenientem iure hoſpitali intereme
rit tiryntumque rediret Euryſteus eum cum Alcmena matre.
Iphiclo & Iolao eiecit ad phineum arcadiæ urbem. Deo po
tenti. Ioui. Puer. Ilus filius meus. Arbiter. Diſpenſator.
quoniam te exponit ſuo arbitrio monſtris quibusque. Sēti/
tur nobis. Nō mō a te. Non ego parthenii ſper occupationē

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

probat Herculē ex uariis mulieribus filios genuiſſe plurimos.
Temeratā uallibuſ Augen. Superato Hyppocoonte & interēp
to cū uiginti filiis qui uenerāt cōtra Tyndarꝝ & fratrē in arcadiā
Hercules nauigauit: & hoſpitatus apud Aleum regē eius filiā
Augen clam ſtuprauit. Pater adulterio cognito cuidam nautæ
mergēdam dedit. Cūq; præter partheniū arcadiæ mōtē enaui-
garet dolore urgentis partus paululū exponitur. Editus infans
inter uirgulta abſcōditur: ipſa ad nauē rediit: atq; ad ennaplium
arcadiæ portū ſalutē īſperato eſt cōſecuta. Eam dono dedit nau
ta quibuſdā ex caria in aſiā profecturis: qui puellā Theutraneo
miliæ regi dono tradidere. Expoſitū uero in parthenio infantē
lacte ceruæ nutritū paſtores inuenere: detulerūtq; ad Corytū
regem: qui puerꝝ loco filii educauit: atq; a cerua Thelephum ap
pellauit. Ormeni nympha. Hercules ſupatis lapitis & eorū
duce Corano trucidato Phoronei filio: acceptāq; tertia rgni do
rici parte in thraciam tranſiuit. Vbi interēpto Cycno Martis fi
lio per itonum locū maritimum iter fecit ad Ormeniū regē eiuſ
filiā Aſtidamiam cōnubio petiit: abnuētē patrē interemit: filiā
ui rapuit: ex qua genuit Ethiſippū. His actis cōtra Euryti libe-
ros propter denegatā Iolen exercitū duxit in ecaliā. Ormeni
Aſtidamia Ormeni filia. ac ſi dicat Augen & Aſtidamiā ſtupra
ſti. Nec tibi crimen erit. Tuo dedecori eſt ſtupraſſe una noc
te filiaſ Theſpis qnquagīta. Theutātia turba. Theſpis athe
nieſis Erychthei filius imperauit regioni theſpieſi a ſe denomi
natæ genuit filias quinquaginta. Hercules patrē & filias ad cō
uiuiū uocauit. Cūq; Theſpis nimio uino grauaretur: ſigillatim
Hercules puellas omēs ſtuprauit: ex quibus qnquagīta liberos
genuit theſpiadas nuncupatos. Adulti duo thebis: ſeptem the-
ſpiis manſere: reliqui Iolao duce ſardiniā nauigarunt: & in loco
cāpeſtri duxere coloniā. Claudius Cæſar in quodā carmine aſſe
rit in theutātū oppidum acticæ deſcendiſſe: ut picturā cerneret
qua exprimebatur miro artificio quo pacto Hercules qnquagī-
ta theſpis filias una nocte ſtupro ſollicitaſſet. unde turbā theu-
tantiā dixiſſe exiſtimādū eſt. Refertur adultera. ſ. Ompha-
le. Hercules Euryti equos abegit. Iphitus tyrintum profectus
ut eos perquireret cōſcēdit turrim: unde latius cāpos colluſtra-
ret: Hercules ex ea illum præcipitauit. Quare ī furorē uerſus
Pilon ad Neleum ſe cōtulit: ut cæde purgaretur: quod cum nō
impetraſſet: Deiphobum Hyppoliti adiit. Sed cum ſanari non

poſſet accepit ab oraculo ut uenderetur: daretq; pecuniā Iphiti
liberis. Vendidit itaq; ſeſe Omphale Iardanæ filiæ Lydyæ re
ginæ: precium ut iuſſu erat perſoluit: ualitudinem recupauit. In
ſeruitio omēs regionis latrones ſubſtulit qui dicebantur cecro-
pes: Sileū qui uiatores ad opus uinearꝝ cogebat trucidauit. Ito-
num urbem diruit. Omphale ſerui Herculis uirtute cognita li-
berꝝ fecit: & eius amore flagranſ filium Lamū genuit. Herculeſ
igitur adeo in Omphales amorē ſolutus eſt: ut illi clauā: leouis
ſpolium: arcū: & ſagittas conceſſerit. Ipſe uero puellæ gēmis:
monilibus: mitra: zona: cæteriſq; muliebribus ornamentis ſeſe
muniuit: neuitq; more fœmellarꝝ. Lamo. Qui natus eſt ex
Hercule & Omphale. Meander totiens. Meander amnis in
cipit a celenis colle: & inter miletum prienemq; egreditur: per
phrygiam currit: poſtea cariam lidiamq; diſterminat: ad cāpos
qui meandri dicuntur ualde quidem flexuoſus: unde obliquita-
tes omnes ab eo meandriæ appellantur. In eum īmittunt mar-
ſas amnes orga: caper: & lycus. Strabo aſſerit ideo eſſe flexuo
ſum meandrum: quoniam multum accipiat limi & modo huic
modo illi adiiciat ripæ. Errat eiſdem terriſ. Quonam admo
dum flexuoſus eſt. Retorquet aquas. Quia ut Strabo dixit
alueus meandri multas accipit mutationes: ita ut ſæpius in ſe ip
ſum recurrere uideatur. Videt in herculeo. Meander uidit
Herculem ornatū muliebri habitu: qui cælum ſuſtinuit. Co
hibere. Non ornare: ſed ſtringere. Solidis. Duris. Toris.
Brachiis. Sub his. Toris & lacertis. Peſtis nemea. Leo in
ſilua nemea trucidatus. Euryſteus audito ꝙ in ſilua nemea īter
mycenas & montem tritonem leo ſtabulabatur: qui nullo tælo
ſuperari poterat: ac proxima loca omnia deuaſtabat: Herculem
ad illum interimendum miſit. Qui ſpecum ad quem belua diuer
tebat ab altero aditu obducto leonem faucibus comprehenſum
manibus ſuffocauit. Et quoniam primus Herculis labor tradi-
tur: ideo in cælo leonem deformatum Hyginus aſſerit. Edi-
dit. Emiſit. Tegmina. Hercules leonis ſpolio tectus inceſ-
ſit. Mitra. Ornamentum lydorum mitra eſt: e qua faſciolæ
ad mentum dependebant: ut illud eſt Virgilii. Meonia mentū
mitra & pendent redimicula collo. Lydia & meonia eadem eſt.
Populus alba. Populus Herculi dicata eſt qua coronatus ſole-
bat incedere. Zona meonia. Lydæ puellæ zonis auro argen
to & gemmis utebantur munitis. Crudi Diomedis imago.

Diomedeſ thraciæ rex iuxta tyrrhidam thraciæ oppidũ ut Ply
nius tradit equos ex cæſis hoſpitibus alebat. Quē cum peremiſ
ſet Hercules equis epulandum dedit. hos manſuefecit & luno/
ni ſacrauit: quorum genus uſq; ad Alexandri tempora durauit.
Dape humana. hoĩum carnibus. Buſiris in iſto. Buſiris Nep
tuni ex libye Epaphi filia apud uicina nili loca in ægypto tyrã/
dem exercebat. Ttranſeuntes hoſpites crudeli ſcelere interfici
ens. Hunc Hercules interemit ex libya in ægyptum nauigans.
Pudendus. Vituperandus: uel puduiſſet Buſiridem a tam molli
uiro uictum extitiſſe. Detrahat Antheus. Si te hoc habitu in
ſpiceret Antheus ob pudorem illum tibi confeſtim ſurriper&.
Antheus autore Euſebio Terræ filius paleſtræ certamine inſi/
gnis in libya morabatur: quo Hercules nauigans cum Antheo
ad paleſtræ certamina deſcēdit. Sufficiebat nato uires Terra pa
rens. Quod aĩaduertēs Hercules latius eleuatũ latera eius pre
mēs exanimauit. Duro. Forti. Ionicas puellas. Lydia ap/
pellatur meonia & ionia. Dominæ. Omphales. Diceris ĩ ly
dia filaſſe: & ab Omphale uapulaſſe. Non fugis. Auertis: ca
ues. Raſilibus. plenis. Cõminuer̃. Fregerunt. Crede
ris. non modo diceris: ſed quod magis ē crederis ſcuticam timu
iſſe: & uapulaſſe ab Omphale: & quod obſcenius ē tua geſta in
ter calatos recēſebas. Scilicet imanes. Exponit quæ narra/
bantur ab Hercuie inter lydias puellas. Scilicet interemiſſe ſer
pētes in cunis ut diximus. Vt tegeeus aper cupreſſifero ery
mantho. Vt in uetuſtis codicibus obſeruauimus ſic legēdum cē
ſemus: & ſi non parum nonnullos hoc loco erraſſe comperimus
quē cum corrupiſſēt. proceleumaticum ſecundo loco eſſe diſſe/
rebant: & cum in particulam adderēt in cupreſſifero erymãtho
legi uoluerunt: quod minime conuenit. Nam tegee arcadiæ op
pidũ tegeæus denominationē facit. Vt parthenope ꝑthenopæ
us: quare breues quattuor ſyllabæ eſſe non poſſunt. Quod eti
am monſtrat Virgilius in geor. dicens. Adſis o tegeæe fauēs
Et ſi quidam ex grammaticis illic non parum delirarit. Aper q
in erymantho monte ſtabulabatur arcadiam uaſtabat. Ad hunc
edomandum miſſus Hercules uiuum humeris ad Euryſtea ut
iuſſum fuerat euexit. Quo monſtro perterritus rex ſe in æreo
uaſe abdidit. Cupreſſifero erymantho. non amouetur ſylla/
ba ut in æneide. Quem dardanio Anchiſe. Affixa penatibus
ora. Diomedes hominum capita quos equis epulandos dabat

poſtibus affigere ſolitus eſt. Threiciis. Diomedeis in thra/
cia. Prodigiumque triplex. Non taces ut Gerionem prodi/
gioſum monſtrum interemeris: & eius abegeris boues. Gerion
rex hiſpaniæ quæ hibera dicitur ob diuitias Chryſaurus appel/
latus eſt: tres habuit filios propugnatores cum tribus exerciti/
bus: Euryſteus ut huius boues abigeret præpoſuit Herculi q
in creta exercitu aggregato nauigauit in hiſpaniam: Columnas
fixit herculeas in faucibus oceani: Tres illoſ ſingulari certamine
ſubſtulit: Boues abegit. Ex quibuſ cuidam in hiberia regulo pe/
tenti partem dedit: qui ſingulis annis bouem Herculi præſtan/
tiorem ſacrificauit. Fabulæ canunt Gerionem tricipitem exti
tiſſe. Armenti. Boum. Hiberi. Hiſpani. Vnus erat.
Vnus erat truncus triuertex. In totidem canes: In tria ora
canina Cerberus ſurgebat ueluti Gerion narratur etiam Cerbe/
rus. Hercules diuertens ad inferos a Proſerpina ceu frater ex/
ceptus eſt. Theſea ex uinclis autore Diodoro cum Pyrithoo fa
uente ſorore ſuperis reſtituit: uictumque Cerberum ad ſuperos
euexit. Seu ut Strabo meminit ab hiatu qui eſt ad maleam laco
niæ promontorium. Seu ut Plynius tradit ex hiatu pontico q
eſt apud heracleas: ubi aconitum naſcitur: quod ideo uenenum
dicitur: quoniam ex ſpuma oris Cerberi natum putatur. Cerbe
rus tria habet canina ora: & pili ſerpentes ſunt. Angue mi/
cante. Seſe concuciente inter comas & pilos miſtos cum ſerpen
tibus. Quæque redundabat. Idra lernea centum ſerpentina
capita habebat: ex quibus ſi quod truncaretur duo eiuſdem ma
gnitudinis naſcebantur. Ad hanc extinguendam miſſus Hercu/
les iuſſit Iolaum fratrem eueſtigio inciſam ceruicem flamma in/
urere. hoc pacto beluam ſuperauit. In cuius ſanguine ſagittas
tinxit. Strabo affirmat Idram fuiſſe lernam paludem: Quam
Hercules purgauerit. Suis damnis. Quoniam uulneribus
creſcebat. Quique inter leuum latus leuumque lacertum:
Non tacetur Antheus qui pependit onus prægraue compreſ/
ſa fauce inter dextrum & ſiniſtrum latus. De Antheo dicemus.
Et male confiſum pedibus. Agmen cētaurorum quoniam Her
culis iram fugere non potuere. Hercules apud Pholum centau/
rum hoſpitatus eſt: qui ei uinum uetuſtiſſimum obtulit: quod a
Dionyſio acceperat: ut in aduentum Herculis aſſeruaretur. Cē
tauri ad odorem uini accurrentes inebriati pugnam commiſe/



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

re. Hercules omnibus reſtitit: magna eorum parte trucidata:
Ex nobilioribus ceciderunt Aegeus: Amphion: Hyppotion.
Orios: Iſoples: Malãchetes: Thereus: Derpos: Phryxus: Pho
lus: uero cum aliquos ex illis humare uellet ſagittas Herculis
tractans ſeſe uulnerans extinctus eſt: quem Hercules ſepeliit:
& nomen monti fecit qui pholus dicitur in theſſalia. Bimem
bri. Quia equina & humana erat. Iugis theſſalicis. In pholo
theſſaliæ monte. Amictu ſidonio. purpureo qui uiros forteſ
non decet. Sidon urbs pheniciæ ubi conchæ leguntur. quorum
ſanie purpura inficitur.. Cultu. Muliebri. Se quoque nym-
pha tuiſ orneraauit lardaniſ armiſ. Inſcite Dardanis legerũt: Nã
emendate Iardanis efferendum eſt: quod ſit Omphale Iardani
filia. Trophea. Sunt hoſtium ſpolia ab illorum conuerſione
dicta. Viro. Hercule. Qua. Omphale. Tantominor eſt.
Tanto te præſtantior eſt Omphale quanto excellentius fuit
q̃ illos quos uiciſti ſuperare. Illi. Omphale. procedit. ad
ſcribitur. Mẽſura. Geſtarum rerum amplitudo. Cede bo
nis. Ille ceſſiſſe bonis dicitur qui ſuo priuatus hæredio ſua iura
in alienam tribuit poteſtatem. O pudor. Exclamat præindi-
gnatione atque facinoris magnitudine. Fœmina. Omphale
Atra. Veneno tincta hydræ lerneæ. Inſtruxitque manum.
Aſſuefecit. manum clauæ herculeæ: qua feræ multæ edomitæ
ſunt. Sui. Herculis. Coniugis. Ideo coniugem Omphaleſ
Herculem appellauit ut ſua querela honeſtior uideatur. Hoc
tamen audieram. De Omphale audiuimus: ſed Iolen uidemus.
Nam Hercules cum Iole ex euboea tyrinthum properabat ubi
Deyanira moram trahebat. Licuit. Potuit quod dicebat̃ non
credi. Mollis dolor. Qui me cruciat dolor mollitur. Ab au-
re. hoc eſt auditu. Ad ſenſus. Ad uiſum uenit. hoc eſt quod
audiuimus uidemus. Ante meos oculos. Aperit quomodo
ad ſenſum perueniat quod audiuerat. Pelex. Iole. Non ſi
nis auerti. Deſcribit ceu Iole captiua per urbem incederet.
Non ſinis auerti. uel negare nequis: uel Iolen a te diſcedere nõ
permittis: quod magis placet. Non uenit incultis. Captiui
ſordidi & incomp[illegible] uultuque tecto ſolebant ob pudorem trium
phantis currum precedere. Fortunam. Captiuitatem. Qua
liter in phrygia. Maxima facinoris Herculi exprobratio eſt.
Dat uultum. Iole tumidam ſe præbet ſpectandam populo uelu

ti patria ſtaret & ipſa captiua non eſſet. Forſitan expulſa.
Clam nomen pelicis obiicit. Oetholide Deyanira. Mars ex
Merope ſeu Sterope Atlantis filia genuit Parthaona: Parthã-
on ut Homerus teſtis eſt Agrium: Agrius Melam & Oeneum
Sunt qui Teſtium addant. Oeneus ex Althea Meleagrum &
Deyaniram. Ex Perybæa Gorgem: Tydeum: & Menalippum
Oeneus in œtholia regnauit: unde œtholis Deyanira dicta ẽ.
Eurytidoſq; Ioles atq; inſani alcidæ. Sic legẽdũ eſt: & ſi nõnul
li corrupint ut ſit hymen famoſuſ hoc ẽ turpiſ & damnabili iun
gat corpora Ioles & inſani Herculis. Turpia ob adulterii cri-
mẽ. Me quoque cum multis. Quare ſit attonita edocet: lau
datque ſeſe a caſtitate præponens ſe aliis. Bis cauſa pugnæ.
Et cum Nexo centauro & cum Acheloo. Cornua flens legit
Achelous Oceani & Thetyos filius Heſiodo teſte duello ꝓp-
ter Deyaniram cum Hercule certauit. Cumque eſſet pugna in-
ferior in ſerpentem ſe uertit. Serpens etiam ab Hercule ſupera
tus rurſum in taurum ſe tranſformauit. Sic quoque diffracto cor
nu in terram colliſus eſt. Affectus igitur pudore in calidonem
flu. præter oppidum ſui nominis labentem ſe condidit: a quo
Achelous appellatus eſt. Limoſa aqua. Fluminis calidonis:
Semiuir occubuit. Fabulæ canunt Herculem ad Acheloum flu
uium deueniſſe: cum traiicere non poſſet Deyaniram: Nexo cẽ
tauro traiiciendam præbuiſſe: qui ſuperato flumine uim puellæ
inferre conatus eſt. Hercules quoniam flumen ſuperare non po
terat ſagitta lernea centaurum trucidauit. Qui ne inultus mo-
reretur edixit. poſſe ſibi Herculem conciliare quotiens ab eius
amore deſiſteret ſi illi togam ſuo ſanguine illitam induendam
præbuiſſet. Sciebat enim centaurus quicunque ſanguinem qui
uenenum erat attrectaſſet fore periturum. Quod cum effeciſ-
ſet Deyanira Herculeſ uitam finiuit. Strabo aſſerit Nexum por
titorẽ fuiſſe ad thenium fluuiũ qui e bouienſibus ortuſ currit
præter calcidem & calidonem: lycerinas etiam appellatus:
occiſuſque ab Hercule uulgatur: cum inter traiiciendum De-
yaniram uiolare conaretur. Sed quid & hæc refero. Erro-
ris pœnitentiam oſtendit. Tabe. Veneno. Hei mihi.
Damnat ſe nimio dolore ab amoris inſania. Impia quid du
bitas. Decreuiſſe in pœnitentiam ſceleris ſe perimere demon
ſtrat. Media œtha. cõfirmat quare ſe necare debeat. Oetha



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

theſſaliæ mons in quo Herculem fuiſſe combuſtum diximus.
Quid habeo facti. Quid dignũ memoria feci: ita ut dicar Her/
culis fuiſſe uxor: quod mea morte oſtendam. Pignus. Fides
me eſſe uxorem Herculis. Meleagre. Meleager bello claruſ
fuit ut diximus: ideo Meleagri uidebor etiam ſoror mea fortitu
dine. Impia quid dubitas. Intercalaris uerſus eſt quoniam ſæ
pius repetitur. Heu deuota domus. Tribuit generi quod ſe
perimat: quondoquidem maiores omnes acti ſint iniquo fato.
Deuota. Maledicta. Solio ſedet altior alto. Per ironiam dic/
tum eſt æqueac dixerit adeo depreſſa eſt ut inferior & deſolati/
or eſſe non poſſit. Oenea deſertum. probat domus deſolatio
nem & calamitatem. Exulat ignotis Tydeus. Tydeus in ue/
natione Menalippũ fratrem caſu iteremit: fugit argos ad Adra
ſtum: cuius filiam Deyphilen ſumpſit uxorem: bello thebano
periit uulneratus a Menalippo: cuius caput ad ſe ante necem ad
latum momordit. Oris ignotis. argis. Alter. Meleager.
Igne fatali. Stipite: quo igne aduſto ut diximus periit Melea/
ger. Mater. Althea ſe trucidauit. Deprecor hoc unum.
peroratio a commiſeratione. Nexus ut ẽ. Trãſfert crimen in
Centaurum. Non ego ſed Nexuſ eſt tibi inſidiatus: qui ad amo
rem ſuum ſanguinem reuocandum ualere dixit. Texta. Tuni
cam infectam ſanguine Nexi. Iamque uale. Commiſeratio eſt.
Seniorque pater. Oeneus. Patria œtholia. Frater. Tyde
us: Virque. Hercules. O. Vtinam. Nam ſciebat coniugẽ
in extremis laborare. Poſſis. S. ualere. Ile. Ilus filius.
Deyaniræ ex Hercule. Cui uoluit pater Iolen anteq̃ rogum
conſcẽderet deſponderi.

## ARIACNA THESEO ARGVMENTVM

MITIVS INVENI QVAM TE GENVS OMNE
Butes & Lycurgus Boreæ filii non ex eadẽ genitrice thra/
ces fuerunt. Butes iunior fratri parans inſidias e thracia coactuſ
eſt fugere. Acceptis ſociis per cycladaſ nauigans ſtrongilen ue/
nit. Rerꝫ penuria ipſe cum ſociis ad rapinam uerſi interdum pe/
netrantes in contineniem inciderunt in ſacerdotes Bacchi circa

montẽ arcadiæ qi dicitur dryos. Perterritæ aliæ abiectis ſacris
in mare ſugerũt. Nonnullæ mõtẽ proximũ petiuere. Coronis
auxiliũ Dionyſii implorat. Quare Butes in Ianiã uerſus in pu
teũ ſe deiiciẽs expirauit. Reliqui abductis Iſmedea uxore Aloi
& Pancratidæ filia in inſulã reuerſi Agaſomenũ regẽ conſtituũt
qui Pancratidẽ duxit uxorẽ: inſulã diam appellauit. Poſt ducẽ/
tos ãnos ſiccitate thraces inſulã deſeruerũt. Cares ex lamia ad/
uecti inſulã poſſederunt: quibus cũ eſſet dux Naxus pro dia na/
xõ iſulã appellari iuſſit. Hic genuit Leucippũ: Leucippus Smer
deum. Poſtmodo illuc Theſeus e creta cũ Ariacne profectus in
inſula ꝑmanſit. Sed poſt q̃ Dionyſiũ uidit in ſomnis: qui acriter
minabatur niſi Ariacnã dereret: timore ꝑculſus Theſeus pu/
ella deſtituta ex inſula deceſſit. Dionyſius noctu ſũptã Ariacnã
in montem inſulæ detulit: qui dryos dicitur: & illic Bacchus pri
mum ut deus euanuit. Tũc quoqꝫ Ariacne nõ amplius uiſa eſt.
Aliam hyſtoriam ſecuti tradũt. Theſeũ Aegei filium interẽpto
in creta Minotauro Ariacnam Minois ex Paſiphae filiam ſecuꝫ
tuliſſe: cuiuſ beneficio ut dictũ eſt labyrinthũ reſoluerat: eamqꝫ
cum in naxo inſula hoſpitaretur dormientem reliquiſſe. nõnulli
tradunt non a Theſeo deſtitutam ſed a Baccho ui illi ſubreptam
Alii tradunt deſtitutam Ariacnam Bacchum reperiſſe: & amo/
re captum eam in ſuam gratiam accepiſſe. Coronamque ſibi do/
no traditam in cælo deformaſſe. Ouidius illos ſecutus uidetur:
qui deſtitutam Ariacnam a Theſeo tradiderunt. Itaque Ariacna
diluculo ſomno excuſſa Theſea perquirens non reperit: tandem
aĩaduertens dediſſe uela uentis ad illum e naxo athenas petentẽ
hanc ſcribit epiſtolam: quæ lamentationem habet: & perfidiæ
accuſationem cum perſuaſione de reditu. Præterea qui naxica
ſcripſere tradunt. naxi editum a Ioue Bacchum & educatum a
Philia Coronide: & Cleide nymphis. Quare ut Diodoruſ autor
eſt inſula reddita eſt feraciſſima: præcipua tamen habet uina.
Appellata eſt etiam ſyme a Syme dryopum duce: qui inſulam
primo cum eſſet deſerta tenuit Cum Cythono Neptuni filio.
Poſtmodo eam tenuit Tæreus Caropi filius & Aglaæ: ſpecio/
ſus admodum: qui cum Agamemnone fuit in bello troiano:
Naxos inſula eſt una e cycladibus ut Ptolemæus autor eſt in
ægeo.

MITIVS INVENI QVAM TE GENVS OMNE
FERARVM. Proponit Theſei in ſe crudelitatem a compa
ratione. Feræ in me manſuetiores fuere q̄ꝫ Theſeus. Credi/
ta non ulli. cuilibet tutius q̄ꝫ tibi committi potui. Ex illo lit
tore. Miſericordiam mouet per loci cōmemorationem. Lit
tore. Naxico. Somnuſque meus. Tranſfert ſuam ſegnitiem
in ſomnum & in Theſei fraudulentiam. Hoc eſt & ſomnus &
Theſeus poſuere mihi inſidias. Tempus erat. Docilitatem tem
poris efficit. Erat pene aurora quando nec nox nec dies ē omīo
Incertum uigilans. Exponit quid ipſa fecerit cum non comperiſ
ſet Theſeum. Protinus adductis. Miſericordiam mouet ſui
luctus commemoratione. Luna fuit. Non erat adhuc dies.
Niſi. Vltra præter & nō excludit. Nam eſt ſpecto ſi cum litto/
re aliquid aliud uidere poſſim. Nūc huc. Laudat officium ſuū
Interea toto. Tactu uiſu uoce & curſu te quæſiui: tandem aīad/
uerti te ſoluiſſe nauem. Locus ipſe uocabat. Eccho reddebat
Mons fuit. Dryos in naxo mons eſt quem nunc intelligit. Mōs
erat cui coniūcti erant ſcopuli fluctibus marinis exeſi. Aſcen
do. Montem. Inde. Ex monte uidi nauem tuam ferri calidiſſi
mo uento. Nam uentis quoque. Non modo Theſeus ſed eti
am uenti fuere mihi crudeles. Aut uidi aut certe quæ me ui/
diſſe putarem. Sic legendum eſt. Nam ex deſiderio aut timore
multa adeſſe nobis ante oculos uidentur: & hoc exprimitur.
Aut ego uidi nauem tuam: aut certe ueluti illa quæ putarē
me uidiſſe præ dolore timoreque frigidior glacie effecta ſum.
Quo fugis exclamo. Narrat ea quæ acta ſunt. Numerum
non hab&. Quia Ariacna deeſt. Hæc ego. Dixi. Quod
uoci deerat. Cum exclamare non poteram flebam: & me ipſam
uerberabam. Si non audires. Quare ſe percuteret exponit.
Manus. Cum me plangebam. Iactatæ. Huc & illuc adac/
tæ Candidaque impoſui. Aliud ſignum quo a Theſeo conſpi
ceretur. Impoſui uelamen album in quodam haſtili ut me uide
res: ſi forte oblitus me deſeruiſſes. Tum denique fleui.
Quia te non conſpiciebam. Nam antea flere non potui ma/
ximo dolore: Vt is etiam eſt qui nimio flagrans amore data
temporis oportunitate amicæ loqui non poſſit. Me. Fortu/
nam meā. Nam nihil poterant oculi melius agerē q̄ꝫ flerē fortunā
meā ut te minime cōſpiciedā. Qualis. A ſimili arguit ſe ue/

luti fanaticā erraſſe. Ogygio deo. Ogygii thebani ab Ogyge
rege appellati ſunt. Thebæ duobus numinibuſ enitent Hercu
le & Baccho ut Plinius ſcribit. In multis græciæ urbibus mulie
res ad Bacchi ſacra conueniebant. at uirgines thyrſum ferebāt.
in honorem dei bacchantes: Sacrificanteſq̄ꝫ ei per cetum memo
ria menadum quæ Baccho adſtiterūt: hymnos & cantilenas cō
cinebant: dſcurrebantque ueluti phanaticæ per nemora mon/
teſque: tertio quoque anno de more hæc ſacra inſtaurabantur.
Vnde triaterica appellata ſunt: quæ thraces & thebani inſtitue
runt in honorem indici triumphi. Concita baccha. Sacerdos
Bacchi inſtigata furore numinis. Aut mare proſpiciens. Per
ſiſtit in eadē expoſitione ut cōmiſerationē concitet. Quāq̄ꝫ
& quantum. Sedes. ubi ſedebam fuit lapis: ita ego eram la/
pis: hoc ē pre dolore attonita ueluti ſaxea effecta ſum. Duo.
Theſeus & Ariacna. Exponit quæ lachrymans effuderit con/
tra lectulum. Quid faciam. Incommoditates enarrat ut ani/
mum Theſei moueat. Cultu. Quia deſerta erat añ Bacchi ad
uentum inſula. Finge dari comites. Si darentur naues in pa/
triam nauigare non poſſum. Aeolus. Rex uentorum ut di/
cemus. Non ego te cretæ. Primus rex In inſula Cres a ſe il/
lam cretam nuncupauit. Circa idam in ea montem primi culto/
res fuerunt idæi dactyli centum numero: uel ut alii tradunt de
cem. Dactylos uocatos Euphorus contendit ob parem digy/
torum numerum: & ex ida phrygia cretam ueniſſe duce Myg/
donio. Poſt hos ſecuti ſunt Coribantes ſeu Curetes Terræ
filii: uel ut alii tradunt ex idæis dactyliſ geniti: qui enſem & ga/
leam repererunt. Quo tempore Tytanes uiri generoſi numero
ſex habitare inſulam: Cæli & Terræ filii: Sed ex uno Curetum
& matre Tythea a qua tytanes ſunt dicti: Mares fuere Satur/
nus: Hyperion: Ceus: Iapetus: & Oceanus. Horum ſorores
Rhea: Themiſ: Memoria: Phebe: Thetys. Saturnus ex Rhea
ſorore genuit Veſtam: Cererem: Iunonem: Iouem: Neptu/
num. & Plutonem. Iouem Curetes nutriuere in ida. Home
rus cretam hecatompolim quod centum urbes haberet appel/
lauit. Excellentiores fuere ut inquit Strabo gnoſos & gortina.
Iuſto regnata parenti. Minoe. Minos Iouis & Europæ filius
pater Ariacnes in creta multas urbes condidit: nobiliores gno/
ſon: uulcaniam: & cydoniam. Leges dedit cretenſibus ſimulans

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

illas in quadam ſpelunca meditatum ab Apolline accepiſſe.
claſſem primus omnium parauit: maris imperium obtinuit: in ſi/
ciliam aduerſus Cocalum nauigans ab rege per fraudes accitus
in balneis interemptus eſt. Prodidi inquit tua cauſa patrem &
patriam Cum tibi ne uictus. Obiectat quid officii ipſa in The
ſeum contulerit ut immerito deſerta uideatur: iureque Theſe/
um perfidiæ arguat: moueatque ad miſericordiam. Tecto
recuruo. Labyrintho. Dedi fila. Virgilius & Catullus filo
reſoluiſſe labyrinthum Theſea tradunt. Hyginus uero aſſerit:
coronam ſecum tuliſſe: cuius fulgore remeauerit e labyrintho.
Te fore. A promiſſo arguit Theſea infidelitatis. Si modo
uiuit. Non uiuis legendum eſt: ut ſit: uiuimus ſi fœmina ſepul/
ta hoc eſt extincta & humo contecta uiuit ob fraudulentiam con
iugis. Fratrem. Minotaurum: de quo diximus: & quo pacto
Theſeus claua ſit uſus. Nunc ego non tantum. Exponit
quæ exiſtimet ſibi imminere poſſe. Morſque minus pœnæ.
Maior mihi pœna eſt expectatio mortis q̄ꝫ mors. Mors inquit
Plynius eſt ſummum bonum. Ianiam uenturos. Demon/
ſtratio eſt. Lupos. Lupi non ſunt in creta nec feræ beſtiæ:
eam purgaſſe Herculem Diodorus tradit. In naxo tamen eſſe
comperimus. Forſitan. Bene forſitan addidit quoniam in na/
xo non ſunt leones: nec tygres: leones in africa tantum: tygres
in armenia etiam & hyrcania. Inſula. Naxos. Phocaſ. pho
cæ ſunt uituli marini. Tantum ne religer. Omnia facile pa/
tiar: dummodo ne captiua abducar. Cui pater eſt Minos. A
genere ſe merito dolere ſeruitutem probat. Filia Phœ/
bi. Paſiphae Solis filia. Multa mihi terræ. Omnia minantur
mihi exitium: & corpora quæ ſunt in cælo formata & ipſi dii.
Deſtituor rapidis. Etiam ſi omnia ceſſent me feræ laniabunt:
Siue colunt. Confutatio eſt ad illud. non timeas quia illic ſunt
uiri qui te tutam reddent: ad quod timeo tuo exemplo exter/
nos uiros. Viueret Androgeus utinam. Androgeus Mi/
nois filius athenis in certamine atletarum uictor in conſuetu/
dinem Pallantis filiorum uenit. Aegeus qui tunc regnabat
ſuſpicans de regno Androgeo thebas ad ſpectaculum peten/
ti inſidias parauit. per accolas eius regionis circa inoem regionē
acticæ interfecit. Minos indignatus athenienſibus bellum indi/
xit. Additaqꝫ execratione actici fame & ſiccitate uexabantur.

Apollo conſultus acticos ad Eacū miſit: ut uota ſuſciperet. His
actis ſedata in omni græcia ſiccitas ſolos athenienſes uexabat.
conſultus iterꝝ deus reſpondit calamitatē ſedari poſſe: ſi darent
Minoi quas uellet pœnas. Minos parētibus atheniēſibus pro/
poſuit ut ſingulis ānis mitterēt ſeptē pueros & totidē puellas
Minotauro deuorādos in cretam. Quo facto ſedata eſt ſiccitas
Præterea poſt ſeptem ānos Minoſ iterꝝ indixit bellum: petiitqꝫ
mitti pueros biſſeptē. hoc etiā conceſſo ſorte euenit ut Theſe⁹
cū aliis mitteretur: qui Ariadnes auxilio & labyrinthū reſoluit:
& Minotaurꝝ trucidauit. Funeribus. puerorꝝ & puellarꝝ quæ
minotauro deuoranda præbebantur. Cecropi. Actica a Ce/
crope primo rˉge & athenienſes cecropidæ appellati ſūt. Ar
dua parte uirꝝ. Non intelligas ardua parte hoc eſt ſuperiori.
Dextera inferiori: ut quidam pueriliter intellexit. Sed uti/
nam tua ardua hoc eſt fortis dextra o Theſeu non mactaſſet ui/
rum & bouem hoc eſt Minotaurum. Per adductas. Implica/
tas conuoluendo ſtamina quæ in reditu ſequebaris. Vtinam in/
quit non dediſſem tibi ſtamina. Nō equidem miror. Sermo
cinatio eſt qua Theſei crudelitatem & duritiem monſtrat & per
fidiam: & eſt propoſitio ſermocinationis. Miror ſi uiciſti Mino
taurum. Non poterant figi. Ratio eſt quare uicerit. Cor
nu. Minotauri. Illic tu ſilices. Confirmat rationem cur uul/
nerari præcordia non poterant. Crudeleſ ſomni. Amplificat
rem q̄ non ſolum Theſeus: ſed etiam ſomnus in ſe fuerit crude
lis. Aeterna nocte. Morte. Sic Catullus. Nobis cum ſemel
occidit breuis lux: Nox eſt perpetuo una dormienda. Dexte
ra crudelis. Concludit Theſeum eſſe crudelem & perfidum.
Tribus. Somno uento & fide. Somnus me inertem fecit: uen/
tus nimium paratus fuit ad nauigationem Theſei: fides mihi nō
ſeruata eſt. Ergo ego nec lachrymas. Exponit incommodita
tes ſibi etiam Theſei cauſa poſt funera imminere. Non aderit
mater quæ me fleat: aut oculos claudat. Oſſa ſuperſtabun.
Miſericordiam concitat. Ibis cecropias. Incommodis calami/
tatibuſqꝫ ſuis enarratis Theſei pompam & faſtū exponit ob uic/
toriam ex Minotauro conſecutam. Ibis cecropias portus.
Deeſt ad. Portus athenienſis pyrheum dicitur. Honore &
ī ore legit̄: ut ſit. Quia Minotaurꝝ trucidaueris eris egregius ī
ore atheniēſiū: uel ob honorē quē tibi intulerint. Vt. poſtq̄ꝫ
Beñ narraris. Narraueris. Lœtū. mortē Tecta. labyrithū

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Secta. Inciſa. Poſtq̃ narraueris mortē minotauri: & labyrīthū
reſolutū. Me quoqꝫ narrato. Narres me ſolam in naxo inſula
deſtituiſſe. Nec pater eſt Aegeus. Degenerare a parentibuſ
Theſea conatur oſtendere: cum illi pii fuerint: at ipſe imanis.
Pytheidos. Etra Theſei mr̄ Pythei fuit filia ut diximuſ. Nūc
quoqꝫ nō oculis. Quia oculis nō potes: aſpicias me animo: quæ
ſupra ſcopulū ſedeo. Aſpice dimiſſos. Effectio eſt qua mon/
ſtrat qualis ſit. Aſpice me horridā & incultā & ꝑpetuo lachry/
mantē. Littera quæ articulo. Per hyppalagen reſoluas hoc.
Articuli dū ſcribunt litteras has titubant pre langore. Non
te ꝑ meritum. Peroratio eſt tota ad miſericordiā cōcitandam.
Adoro. Valde oro. nō oro te ꝑ meritū in te meū: quoniam nō
bene ſortitū eſt: tamē ſi nō eſt gratia debita meo officio: nec eti
am pœna eſſe debet. Nō fui tibi cā ut ſalutē cōſequereris. nec
etiam cōmiſi ut tu mihi eſſes mortis cauſa. & ē tacita exprobra
tio ſumpta a repugnantia. Has tibi plangēdo. Ad miſericor
diam cōcitandam multi laudauerunt: ut calamitacem noſtrā per
ſonaſque iudicibus oſtenderemus. Vnde & Cato in originibus
ſcripſit. Galba Q. Publium filium C. Sulpitii Galli propinqui
ſui pene in humeros ſubſtulit: ut fletum & miſericordiam popu
lo moueret: quod reprehendere ſolebat P. Rutilius Ruffus.
Ideo Ariacna inquit oſtendo tibi capillos & laſſas manus tendo
ut miſericordia cōcitata Theſeus redeat. Qui ſuperāt. Quo
niam reliquos euelli. Flecte ratem. Petitio eſt. redi: ut me
ſuſcipias: uel ſi prius moriar q̃ redeas: tu me humabis. Le/
ges. Colliges laniata & ſparſa a feris: poneſqꝫ in urna.

## CANACE MACAREO FRATRI
## ARGVMENTVM

SI QVA TAMEN CAECIS ERRABVNT.
CAelū ex Terra genuit Saturnū: Saturnus ex Rhea Nep
tunum: Neptunus Arnen filiā Aeoli ex Hippote Minātiſ nati
cognouit: Aeolus indignatus Methapontio aduenæ ut ī metha
pontum ueheret dedit. Arne aduecta gemellos peperit Boetū
ſcilicet & Aeolum: quos Methapōtius adoptauit: qui liberis ca
rebat. Orta diſſenſione inter Autolipen Methapontii uxorē &
Arnen filii iam adulti Autolipen necarunt. Quod cū grauiter
Methapontius ferret coacti diſcedere præparatis nauibus cum
matre multiſqꝫ amicoꝝ mare ingreſſi ſunt. Boetuſ ad Aeolū Ar
nes patrē uenit. A quo filii loco exceptus poſt eius obitū æoli
dis hoc eſt theſſaliæ regnum poſſedit. Vbi Aeolus r̄gnabat &
poſtmodo boetiā de ſe cognoiauit: & ſi ex oraculo a boue boe/
tiā a Cadmo appellatā fabulæ canant. Aeoluſ uero ad iſulaſ ma
ris tyrrheni appulit. Quæ ab eo eolides ſunt appellatæ: eas an
tea tenuerat Liparus Auſonis regis filius: & inſulam de ſe lipa
ram nuncuparat: & urbē quam ī ea cōdidit. Aeolus igitur a Li/
paro benigniſſime ſuſceptus eius filiam duxit uxorē: & poſt Li/
pari mortem r̄gnum ſuſcepit. Deinde ex Leopatra quæ fuit ex
genere leſtrigonum quattuordeci liberos: ſeptē mares & puel/
las totidem genuit. Homerus. xii. tātū noiat. Mares ſunt Aſti
ochus: Xuthus: Androcleus: Pheremon: Iocaſtes: Agatyrius:
& Macareus. Puellæ uero Hiphe: Aeola: Ferybota: Dya:
Aſtiocatia: Epheſtia: & Canace. Omēs ob gloriam & uirtutem
in magno precio ſunt habiti. Canace fratris Macarei amore fla/
grauit: a quo clā cognita peperit pueꝝ: quod facinus cū aiaduer
teret Aeolus: eadem die qui natus eſt puer feris exponi iuſſit.
Enſem per eius preconem ad filiam miſit: ut illo ſe cōtoderet.
Macareus uero ꝑiculum fugiēs in Apollinis delphici templum
ſeceſſit: ubi ſacerdos delphicus effectus cū Oreſte in morte Py
rhi conſēſit: Ad quem Canace anteq̃ gladio ſua uiſcera tranſi/
geret hāc ſcribit epiſtolam. Mouet cōmiſerationē: rem ut acta
eſt enarrat: Cōcluditqꝫ maxima querimonia. principium ſump/
tum ē ex deſperatione: & confutat dicens.
SI QVA TAMEN CAECIS ERRABVNT. Inquit
ſcribo quoquo modo ſim ad te. Tamen ſi mea ſcripta obliterata
fuerint: ſcias ipſam epiſtolā eſſe oblitā & caſſam ob lachrymas
& ſanguinem meæ cædiſ. Mea ſcripta. Meæ litteræ. Li/
bellus. Epiſtola. Oblitus. Corruptus & infectus. Cede.
Sanguine cædis. Dominæ. Canaceſ. Dextra tenet calamū
Cōmiſerationem commouet narrans in quo uerſetur periculo.
Aeolidoſ. Canaceſ filiæ Aeoli ī hoc ꝑiculo uerſor ut ꝓpe horā
me ſim interemptura. Duro patri. Patrē Aeolum ducit ī odi
um demōſtrans illū eſſe ſuperbum & crudelem. Duro. Cru
deli. Vt ferus eſt. Demōſtrat paternam crudelitatē. Vt.
quātum interdum exprimit: ut in Plauto legimus in aſinaria cū
dicit. Vt ueſtræ fortunæ meis præcedunt Libane. Longe q ho
die nunq̃ ad ueſpeꝝ uiuam. Vt ferus eſt. Vt hoc loco q̃uis



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſignificat ut ſit. Quãuis pater ſit crudelior ſuis uentis: tame nõ
poſſet ſpectare ſine lachrymis mea uulnera. Spectaret. ſpec
tare poſſet. ac ſi dicat non: Eſt aliquid. Multum eſt. Ille.
Pater. & a conſuetudine arguit eius crudelitatem. Sui popu/
li. Ventorum ingenio crudelitati. Ille noto. A partibus ar/
guit. Notus a meridie: zephyrus ab occidente: aquilo a ſepten
trione: eurus ab oriente flat. Sythonio. Threicio. Thracia
ad ſeptẽtrionem uergit. Imperat hic uentis. Ventoſ tẽperat
Aeolus: iram ſuam temperare non poteſt. Ideo maiora ſunt ui
tia q̃ regna: quare crudelitas Aeoli eſt uentoꝝ ſæuitie maior.
Tumidæ. Creſcẽti: & a procelloſo mari ſumptũ eſt. Regna
minora. Quia minora ſunt imperia q̃ uitia quoniã ſæuitie ſupe
rat uẽtos. Quid iuuat admotã. Inſcite lectũ eſt admota. Nã
nõ ad nomina auoꝝ ſed ad Canacen referẽdũ eſt ut ſit: nihil pro
deſt me admotã hoc eſt cõiunctã cælo p nomina auoꝝ recẽſen/
do maioꝝ nomina poſſe cõnumerare Iouẽ inter meos progeni/
tores: & eſt cõmiſeratio a genere. Num minus. Et ſi origi/
nem ducã a Ioue tamẽ enſis paratus eſt in meũ iugulũ Non
mea tæla. Enſis non eſt fœmineũ tælũ: ſed coluſ. O utinam
Macareu. Aperit facinus mouens cõmiſeratione a pœnitentia
cõmiſſi. Serior. Vltima Plus q̃ frater. Quoniã ceu amãs
coluiſti. Incalui: Amoris feruore. Deum cupidinẽ. Fu
gerat ore color. In ſe ipſam ut eſt culpam traſſert: ſceluſq; expo
nit ut cõmiſſũ eſt: & qualis fuerit ob nimiam amoris inſaniam.
narrat. Erat annua. Nox anno uidebat̃ lõgior. Nec noraꝫ
ignorabam quomõ amaret̃. Iãq; tumeſcebant. Macareus gra
uẽ Canacẽ reddiderat. Vitiati. Per ſtuprũ ſollicitati corrup/
ti: ut illud Terẽtii. Gliceriũ uitiat Pãphilus. Furtiuũ. Furto
cõceptus fetus. Hærbas qbus ſũptiſ parerẽ abortiuũ. Au
daci. Quæ audebat partũ necare. Penitus. Ex intimis uiſceri
bus uolebamus excutere abortiuũ Admotis artibus. Medi/
cinis ex arte. Fuit tutus. Intra uiſcera ſed editus ab Aeolo de
fendi non potuit. Iam nouies erat orta ſoror. Iam pactus
erat nonus mẽſis agebat̃. Hippõ Methapõtin⁹ a ſeptimo ad de
cimũ naſci poſſe partũ exiſtimauit: maturũq; eſſe. Ariſtoteleſ pe
ripateticus: Diocles: Straton: Empedocles: & Epigenes ſepti/
mo naſci poſſe affirmant: octauo omnino negant. Diocleſ tñ Ca
riſti⁹ & Ariſtoteles Stagirites nono & decimo mẽſe tm̃ poſſe
edi contendunt. Epigenes bizantius dicit nono fieri non poſſe.

Hyppocrates decimo. Solus Ariſtoteles undecimo partũ edi
poſſe affirmauit. Denaq;. Iã incipiebat decimus mẽſis. Ne
ſcia. Eram: Subitos dolores. Parit Canace rudis quia non an
te pepereram. Gemitus dolor edere cogit. Quia ex cla mare
non poterã gemui. Timor. prodendi criminis. Pudor. ho/
neſtatis conſeruatio. Repreſſo. Reprimo: Somniauit qui re
perdo legẽdum putauit. Id enim latinitas non admittit. Eſt. n.
reprimo lamenta & gemitus prepudore. Crimen. propter in
fantem qui extinguebatur. Lucina. q in lucẽ ferat infantes
dici uoluit Varro. Refouiſti. reſtauraſti: adegiſti tua pecto/
ra meis: & extincta iã reuixi. Soror. Repetit uerbũ. Per
de duos. Et te & pueꝝ. Spes bona. Sis bono animo & reſu/
me uires. Illius de quo. Amphibologia eſt. Inquit eris uxor
Macarei de quo es mater. Crimen. quod per crimẽ cõcepi.
Onus. Quoniã illi præbebat laborem. Emiſi ĩquit partum ad
tua uerba. Quid tibi grataris. Non eſſe letandum innuit ob
ſæuitiã Aeoli: ſed potius crimen occultandum. Frondibus in
fantem. poſt ſermocinationẽ ad demonſtrationẽ redit. Ficta
quæ facere fingebat. Dat pater ipſe uiam. Quoniã ſacra fa/
cere opinabatur. Inditio ſuo. Suo uagitu dum ferebatur ĩfãs
ſe ꝑdidit. Sonat regia. Quoniam exclamauit Aeolus. Vt
mare fit tremulum. A ſimili monſtrat ſuũ tremorẽ. Tremui ue
luti pontus uento impulſus: aut uti agitata fraxinus quæ arbor
eſt. Quaſſus. Adeo trepidabã ut lectus cõcuteretur. Ir/
ruit. In me Aeoluſ. Retenta metu. Ob timorem loqui nõ po
teram. Iãq; dari paruum canibus. Iuſſerat puerum exponi fe
ris. Ille. Infans. Inimicus. Inimicum appellat qui filium ex
poſuit. Viſcera filium quem intra uiſcera portauerat uiſcera
appellat.. Exierat. Preco qui ad exponendum infantem pro
perabat. Plangi. legendum non planxi. Hoc eſt contigit plã
gi ut plangerentur pectora. Patrius ſatelles. Miſericordiam
concitat a perſona ſatellitis. hoc eſt tãta erat paterna crudelitas
ut ſatelles non contineret lachrymas. Aeolus. Satallitis uer
ba ad Canacen. Tradidit. Satelles. Ex merito. pater uult
Scias quid ſibi uelit hic enſis: ut te illo confodias. Scimus. re
ſponſio Canaces. Scimus quid uelit enſis. Condam. Recon/
dam: & faſtidioſe dictum eſt. Tranſigam inquit mea uiſcera tali
dono. His mea muneribus. Interrogatio eſt. Decepte.
Quoniam Macareus me uxorem ducere exiſtimauerat. Fa/



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ces maritas. Faces in nuptiis inquit Pom. in honorem Cereris
præferebantur: aqua noua nupta aſpergebatur: ſiue ut caſta pu/
raq; ad uiꝝ ueniret: ſiue ut ignem atq; aquam cū uiro cōmunica
ret: apud antiquos faces ut fides dicebatur. Maritas. Quæ in
matrimonio accenduntur. Turbato. Cito ob patriā crudeli/
tatem. Faces herinydes. Furiæ inferoꝝ incendatis ueſtras fa
ces non in matrimonio ſed ad incendendū rogū: quoniam nunc
nunc me confodiam. Igne iſto. furiali. Parca meliore. Bo/
no omine. Amiſſæ. Quā amiſiſtis. Quid puer admiſit. De/
liquit deplorat pueri fatū quod ſine delicto ꝑplectatur. Quo
facto. Nullo: interrogatio eſt per indignationem. Si potuit
meruiſſe. Ac ſi dicat nunq̃ exiſtimari poterit pueꝝ meruiſſe ne
cem. Ah miſer: Quoniā contra ius parentis crimine punit.
Nate dolor matris. Amplificatio eſt quæ ad lachrymas mouet
Iuſtis. piis: quoniā pium eſt matrē nati mortē deflere. Non
tonſas. Sed laniatas comas: quas cum cadauere in rogo adurere
ſolebant. Diu. Quoniā nunc me perimam dato enſe. Tu
tamen o fruſtra. Peroratio eſt quæ cum principio optime cōue
nit: quoniā deſperationem habet. Tu. Macareu. Sperate
fruſtra. Quē uiꝝ ſperaui. Collige mēbra. Quæ feræ lania/
bunt. Refer. Oſſa pueri lecta. Socio. Cōmuni. Quā/
libet. quātumuis anguſta ſit urna capiat nos duos. Viue memor
Alia petitio ut nōſit imemor amantis Macareus. Tu. Maca/
reu. Proiectæ. Hoc ē nece ſtratæ & deſtitutæ Canaces: ma/
le lectū eſt dilectæ. Mādatis perfruar. perferas & exequariſ
mādata & ſi magna ſint mea quoniā ego quod maius eſt me inte
rimam ut mandauit Aeolus.

## MEDEA IASONI
## ARGVMENTVM

[a] AT TIBI COLCHORVM. Sol genuit Oetan & Per
ſen: Perſe in taurica regione regnauit: Oetas in colchide:
uterq; ſeuiſſimus. Perſes filiā habuit Ecaten: ex qua Oeta ge/
nuit Circen: Medeā: & Egialeū. Orpheus addit Calciopē quæ
nupſerit Phryxo: de qua ī argonauticis diximus. Medea cū pa/
ternæ crudelitati obſiſteret: & a patre ī cuſtodiā deſtinaret: fu/
git ad Solis tēplū: quod erat in littore ſitū. In colchos eo tēpo
re Iaſō cū argonautis ꝑ phaſim flu. noctu peruenere primo diei
xeortu ad tēplum ꝓfecti Medeā inuenere littore ābulantē: &
expoſita aduentus cā edocti Oetæ crudelitatē fuerūt a Medea
quæ Iaſonis amore flagrans auxiliū rei perficiendæ pollicita ē.
Iaſon de matrimonio fidē dedit. Rapto aureo uellere fugiūt ar
gonautæ: & abducta puella iolchon rediere. Iaſon aūt theſſali/
cis rebus cōpoſitis corynthū ſeceſſit ad Creontē regē: ubi cum
x. annos morā traxiſſet Glaucæ Creōtis filiæ ſeu Creuſæ amo
re captus Medeæ diuortiū ſuadet. Abnuit Medea: Iaſon eā ur/
be pepulit: uxorē Creuſā ducit. Indignata medea ad Iaſonē hāc
ſcribit epiſtolā qua eū igratitudine arguit. beneficia exprobrāſ
quæ in illū cōtulerit: nec caret minis atq; conuitiis.

AT TIBI COLCHORVM MEMINI REGINA
Principium eſt ab exprobratione officii præſtiti quo utimur ad
ingratos loquentes.: unde eſt Creōtem regem corynthium q
te exceperit hoſpitio & eius filiam Creuſam tibi officium præ/
ſtitiſſe non negamus. At. Ego. Regina. hoc ē Medea re
gis filia memini qđ. Vacaui. Officiū præſtiti tibi. Colchoꝝ
Colchis eſt urbs & regio. Ars mea. Veneficium. Medea ab
Ecate matre & Circe edocta fuit ſingula ueneficia ut Diodorus
autor eſt. Opem. ad rapiendum phryxeum uellus. Tunc.
Cum tibi opem tuli. Sorores. parcæ. Diſpenſant in pote
ſtatē habēt. Fata mortalia. Vitā & mortē. Euoluiſſe. Ru/
piſſe ſtamina & me interemiſſe: & in uerbo dierefis ē: in ſenten
tia allegoria. Nā alteꝝ dicit̃ & intelligit̃ alteꝝ. Bene. hone/
ſte mori potui anteq̃ tibi auxiliū præbuiſſem. Quicquid quo
cūq; mō tecū & ſine te. Pœna. ob infamiā. Hei mihi. dolet
argo in colchos nauigaſſe. Arbor. ponit arborē ꝓ naui. Pe/
lias. Quoniā ligna in pelio mōte reciſa ſunt numine Palladis ut
Balbus affirmat: cuius fabricator fuit Argus ut diximus in argo
nauticis. Ouē phryxeā. Vellus aureū quod phryxus Marti
dicauit in colchide. Magneſida argo. Argo fabricata ē in ma
gneſiæ ſinu qui pegaſeus dicitur: unde argos magneſis dicitur.
Turba graia. Vos græci. Phaſiacā. phaſidiſ fluminiſ. Cur
mihi plus æquo. pœnitet facti quoniam nō bene ſortitū erat.
Vellē inqt nō placuiſſe mihi Iaſona. Et decor. Duo præcipua
in Iaſone notat & formā & eloquētiā. Nā pulchritudo iūcta cū
uirtute plurimū delectat. Aut ſaltē. Nō at ſemel legēdū ē.
ut id ſit. quoniā Iaſon uenerat in colchida ſaltē illū nō edocuiſſē
edomare boues a qbus fuiſſet afflatus In noſtras. ꝑ parētesim

legendum est Puppiſ.argo. Audaces.quoniā primo naui/
gare auſi ſūt Præmeditatus.edoctus meo ueneficio. Im
memor.Ingratus Iaſon Eſonis filius. Boū.qui efflabāt ignē
e naribus.Exponit picula a qbus Iaſona leuarit. Semina ieciſ
ſet.Quot dētes totidē hoſtes ſeminaſſet Iaſō.& ē amphibolo
gia. Cultor.Iaſō. Suo cultu.ab boībus quos ſeminaſſet.
Eſt aliqua ingrato.Cōfutat.Nā indignū eſt bnficia exprobrarē
ad quod ait.eſt animi releuatio ingratis officia obiectare. Me
titu.Officiū. Iuſſus.a Pelea. Exptā.quæ ſine aliaꝝ experi/
entia nauigauit. patriæ.Colchidis. Hoc illic Medea fuit.
Imagine utitur.Nā Medea ſe cū Creuſa cōfert.ut ſit:Creuſa ē
uxor Iaſonis & ego fui:illius pater eſt diues:& meus: ipſa rͤgis
filia:& ego regis. Illic.in ſcythia. Hic.Corynthi. pater.
Creon. Diues.ſ.pater Oetas. Hic ephiren bimarē.Coryn/
thon quæ ē in iſthmo.Corynrhus ē in iſthmi peloponeſſi me/
dio ſpatio:utrinq; diſtat a mari ſexageniſ ſtadiis autore plynio.
Nā terraꝝ illæ āguſtiæ altero latere ægeo ab alaero ionio exe
ſæ pōto v.tn̄ milib⁹ paſ.ꝑtēdūt.Corynthuſ ātiquo noīe ephi
re nūcupata ē ab Ephidne iouis filia:corynthus a Corynthо io/
uis filio.Colonia ipſa colli applicata ē:Arx acrocorynthos dici/
tur. Ille.Oetas. Leua.Quoniā colchi ſūt ad ſiniſtrā ptem
pōti. Accipit hoſpitio.Demōſtrat rē ut acta ē. Pictos to
ros.More barbaroꝝ. Nec notis.quoniā nō āte amaueram.
Ardet ut.A ſimilitudine ꝓbat amoris ardorē. Et formoſus
eras.Fatū & tua pulchritudo me ad amorē traxerūt.quo purga
re crimē nitit̄. Senſiſti.Me amare. Quis eni bene celat.
Nemo. Eminet.Demōſtrat̄.Amoris flāma ſe ipſa demōſtrat
Dixerat interea.Terminatione utit̄.Nā patrem ſuū inducit lo/
quentē ad argonatas cū dignitate ſua. Rex.Oetas. Inſoli
to.quoniā nunq; arauerāt. Aere pedes.Legēdū ē nō æripe/
des.Hoc ē pedes boū erāt ſolidi ex ære. prætēta.Extēſa.
Nares erant circundatæ ære. Hæc æra erāt facta liuida ob
ignis reuerberationē. Semina.Dētes draconis.Orpheus nō
Iaſonem ſed Medeam dētes ſeuiſſe dicit:& boues edomuiſſe.
Deuota.Fatali & execrabili naſcētibus terrigenis. Cuſtodis.
Draconis puigilis. Succūbere ſōno.Dormire. Toroſ.In to
ris maiores accumbere ſolebāt. Quā.q̄tū. Socer.Creon.
Nata.Creuſa. Segetes.Dentes ſerpētū. Soror.Calcyope:
quæ ex Phryxo genuit argū & tres alios liberos. Argus apud

Orpheum nuntiat argonautis Medeam amore Iaſonis ardere:
eamq; ad argo duxit. Petit altera.Calcyope opem myniis.
Altera.Medea erat habitura opem ſi auxilium Iaſoni dabatur.
Eſt nemus.Deſcribit locum in quo erat Dianæ tauricæ templū
Templum Dianæ in taurica regione cōſtituit Ecate Perſæ filia
quæ fuit ſæuiſſima.prima aconitū inuenit:omnem ueneni uim
experta eſt in hoſpites:patrem ueneno necauit:regnum abſtu/
lit:Dianæ humano ſanguine ſacrificabat.De hoc non intelligit
Ouidius:ſed de eo Dianæ templo quod ante Martis edem fuiſ
ſe in colchide aſſerit Orpheus.de qua paulo iferius dicemus.
Picea arbor eſt & ilex:de quibus multa Plynius dicit. Vix il
luc.Vix propter denſitatem ſolis radii penetrare poſſunt in lu
cum. Dea facta.Simulachrum Dianæ aureum eſt factum ma
nu colchoꝝ. An exciderit.Obliuioni tradita fuerint. Illuc
Ad templum. Ius tibi.Oratio eſt Iaſonis ad Medeam:prin/
cipium eſt a poteſtate Medeæ. Perdere poſſe. Iuſtum eſſe
quod petiturus eſt oſtendere nititur.ac ſi dicat iuſtius eſt ſerua
re homines q̄ perdere. Per mala noſtra.petitio eſt cum de
precatione. Aui.Solis. Per triplices uultus.Triuia appel
lata eſt Diana quia in triuiis colebatur:& ora habebat in tris p/
tes uergentia.Eadem dicitur Ecate a centum poteſtatibus.
Arcanaque ſacra.Quæ in ſilentio habebantur.Ad aureum
uellus nemo habebat acceſſum niſi prius feciſſet Dianæ ſacra.
quæ ſola Medea ſciebat & colchides puellæ in magno ſilentio
tenebant:quæ hoc pacto celebrabātur ut Orpheus autor eſt.
Effodiebantur tres in campo foſſæ:in margine ſtruebatur pyra
ex ramis arboꝝ præſertim cedri.deīde odoris capſula inuerge/
bat̄:Tres catulos nigros trucidare:uiſceraq; ſupra pyrā cōgere
re:quoꝝ ſāguis myxtus cū pſyllio & naſturtio & aliis hærbis in
fūdi.Sacerdos tūc pulla ueſte indutus tenēſq; haſtile ſacra face/
re:& uelatus pāno ignē ſuggerere:& dictis carminibus terram
pulſare:manes euocās.Ad uocē currebat Tiſiphone quo pac/
to ad phryxeū uellus aditus dabat̄. Deos.Martē Tellurē.Iu
nonē Iouē & Solē colebāt. Quod ſi forte uiꝝ.Remuneratio
nē obtulit ſe.ſ.illi futuꝝ uiꝝ. Sꝫ mihi tā faciles.Sꝫ uñ hēam
tuos & m̄os deos tā ꝓpicios ut te uxorē ducā. Præſcita.quæ
adhibet̄ ꝓnuba m̄rimoniis.Sit teſtis Iuno & Diana. Hæc.q̄
dixiſti. Et quota.hoc ē mīa. Iūgiſ & æripedes.uicta tuiſ uer
biſ m̄o auxilio ūigiſ tauroſ. Iuſſo a p̄re m̄o oeta. Mileſ.hoīes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

armati naſcũť ex illis dentibus. Terrigenæ. Appellati ſunt ui
ri qui nati fuere ex ſatiſ dẽtibus. Peruigil ecce draco. Medea
ut Diodorus aſſerit pellis cuſtodiæ incũbantẽ ſemp uigilem ut
ferũt fabulæ peremit. Orpheus aũt ſomno eũ preſſiſſe tradit.
Dotis opes. Idẽ repetit quod dixit. Quã tibi tũ longe. Lumi
na flãmea. Ignei erãt draconis oculi. Subduxi ſõno. Adopui
ſoporẽ inferens. Munus in exilio. Exiliũ patior pro munere
ꝙ patrẽ patriam & regnũ tua cauſa prodidi. Virginitas facta
eſt. In pheacia inſula Oetæ regis oratores tres Eranon: Caran
deon: & Solimon argonautas cõuenere ad alcynoũ regem: pe/
tũtq; Medeã reſtitui. Annuebat rex. Arete eius uxor æquũ fo
re dixit ſi Iaſõ uirginẽ nõ cognouiſſet. Quo intellecto Iaſõ pu/
ella ſibi matrimonio iũcta potitus ẽ. Id cũ intelligeret Alcyno/
us Iaſonis fore uxorẽ iudicauit: oratoreſq; ſine puella colchos
petiere ut Orpheus autor eſt. Peregrini. Iaſonis theſſali.
Matre. Ecate. Soror. Calcyope. Nõ audet ſcribere. Me
dea ut diximus fratrẽ Abſyrtũ in fruſta diſſecuit. Nõ tñ exti
mui. Suã audaciã & temeritatẽ arguit. Quid timerẽ. Nihil
Poſt illa. poſt fratris necẽ. Iãq; nocens. Quoniã mare ſolet
de ſõtibus ſuppliciũ ſumere ut ẽ. perfidiæ pœnas exigit ille lo/
cus. Numẽ. Deoꝝ potẽtia: hoc eſt uſi ſumus deoꝝ pietate.
ꝗa nõ ſũpſere ſuppliciũ de fraudulentia tua & credulitate mea.
puerilis ẽ illius error ꝗ non credulitatis: ſed crudelitatis legit:
qñoqdẽ ſi crudelitatis legatur uerſus nõ conſtat. Nam ſyllaba
ꝗ̃ta ẽ in primigenio tanta ſeruať in inclinato. ut amo amabilis:
extrico extricabilis: ſic crudelis crudelitas. Vt illud innuat: Si
Medea Iaſoni nõ ſe credidiſſ&: nõ admiſiſſ& ſcelera. Simplega
des eliſiſſẽt. Simplegadeſ ĩſulæ ſũt ĩ boſphoro thracio quæ cre
ditæ ſũt aliqñ cõcurrere: p quas nauigãtes argonautæ cantu
Orphei mitigatæ ſũt. Dicũť etiã cyaneæ qm̃ pcul uiſcentibus
crura uideãť. Aut nos ſcylla rapax. Redeuntes argonautæ
diu p æquora errãtes ĩ mare tyrrhenũ deuenere: ubi Orpheuſ
cãtu Syrenes ſupauit: quæ dolore pcitæ ſeſe e ſcopulo in mare
præcipites dedere: piculũ ſcyllæ & carybdis euaſerunt. Scylla
filia Phorci & Crebenidos nymphæ a Glauco facta eſt dea ma/
ris: quæ naufragium facit nauigantibus Canibus. Quos ha/
bet ad inguina. Quæq; uomit. Carybdis uetula fuit uoraciſſi
ma quæ cũ abegiſſ& Herculis boues ĩ mare præcipitata adhuc
rapinam exercet bis die noctuque aquam ſorbet & reſorbet: ut

meminit Strabo nauigia mergit. Totidẽ. Bis. Trinacriæ
ſiciliæ. Vrbes emonias. Iolchon. patrios deos. Coryn/
thi ĩ tẽplo Iunonis uellus dicatũ eſt. Alii argis uolũt. Quid
referã. Vt omittamus quæ Diodorus tradit. Cum iolchon ar/
gonautæ rediiſſent Medea Eſonẽ longæuum ad iuuentam reſti
tuit. Quod cum aĩaduerterent Peliæ filiæ Euanne Alceſte &
Amphimone id patri fieri rogauerunt. Medea facinus aggreſſa
filias ipſas præter Alceſtam ad interimendum parentem indu/
xit. Ipſa uero extinctũ deſeruit ut eſt in methamorphoſi. Pie
tate. Quoniã putarunt ſenem patrẽ poſſe reſtitui in iuuentã.
Vt culpent alii. Confutat & ſi oẽs me dãnent tu laudare tene/
ris: quoniã nocens facta ſum tua cauſa. Auſus quodã doloriſ
affectu non poſſe uerbũ exponere uidetur: idẽque bis repetit.
Duobus. Dyndimo & Theſandro: aberat Theſſalus. Vel poe/
ta illos ſequitur qui Theſſalum & Theſſandrũ filios tantum ha
buiſſe Medeam ex Iaſone tradiderunt. Diodorus Dyndimũ ad/
dit tertiũ. Hymen. Carmen nuptiale: quod in nuptiis Creu
ſæ & tuis canebatur. Turba ruũt. Nuptias deſcribit: fingitq;
ſe neſcire: ut imprudens læſa uideatur: quo magis miſericordiã
moueat. Diuerſi ſerui. Seruoꝝ alii flebant: alii lachrymas cõ/
tinebant ne a me flere uiderentur. Quis uellet. Nemo. E
pueris. Filiis meis. Iuſſu. Meo. Videndi. Quid id eſſet.
Pompa. Nuptialẽ põpam ſpectabilis aurea ueſte ducit Iaſon.
Serta. Quæ nouæ nuptæ ferre ſolebant & uiri ĩ nuptiis. Læ
ſe pater. Eetas cõmiſeratione captat ab eo quod iure immineat
ob factũ. Serpentes igitur. Cõmoratur in eadem re & ſæpi/
us ad id redit: quod cõuenit bono oratori: ut inqt Cicero. quæ
cõmoratio non eſt a tota cauſa ſepata: ſed diffuſa ueluti ſanguis ĩ
corpore: quoniã multũ ualet aut ad irã aut ad miſericordiã cõci
tandã. Viꝝ. Iaſona. Dea. Ecate & eius archana ſacra nil mi
hi proſunt. Non mihi grata dies. Infœlicitates eius exponit.
Amaræ. Noxiæ. Cura mea. Mea ars mea ueneficia. Quoſ
ego ſeruaui. Iaſone Creuſa potiť. ꝗ meo beneficio ſeruatus ẽ.
Forſitã & ſtulte. Ab eo quod euenirẽ poſſit arguit Iaſona. Ma
ritæ. Creuſæ. Iniuſtis. In me iniqs: qm̃ in me iuſta eſſe nõ po
teſt cuius ẽ cõcubina. Apta. Illi iucũda. Rideat. per ironiã
expreſſum eſt: quaſi ſit: plorabit poſtmodo. Aduſta. Quo
niam domus Creontis Creuſa & Creon combuſti ſunt ope/
ra Medeæ. Quod ſi forte preces. Concluſio ab ampli/

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ficatione. ubi hoc exprimit. Si exorabilis es Iaſon oro te ut Me
deam in priſtinam conditionem reducas. Minora. quoniã ma
iora animo concepi q̃ dicam. Sæuiet in natos. Incõmodita/
tes exprimit quæ ſurgere poſſunt ex nouo matrimonio. Tã/
gor imagine. qui cum ii tibi ſimiles mouent me ad nimium amo
rem. Per ſuperos oro. petitio cum deprecatione. Rede to
rum. Reducas me uxorem tuam. Reter. præſtiti tibi auxili/
um id referas. Contra tauros. Facilitatem rei notat ut maio/
ra præſtitiſſe uideatur exprimere. Ipſe dediſti. Nã Iaſon ul/
tro ſe uiꝝ Medeæ obtulit. Dos ubi ſi quæras. Ingrati eſt a
bene de ſe merito precia expoſcere. Ideo ad hoc exprobrat oia
pericula & facinora quæ pro Iaſone ſubierit. Vt ſit dos mea ſũt
facta ingentia quæ pro ſalute tua geſſimus. Villo ſpectabilis
aureo. Alii & albo legunt quod magis conuenit: ut reſoluatur
per hypallagen: hoc eſt. Albus aries ſpectabilis uillo aureo

Siſyphus ex merope
Laertẽ
Glaucus
Creon

Siſyphias opes. Hoc eſt coryntbiacas. Siſyphus rex corynthio
rũ fuit ex Merope uxore Atlantis filia genuit Laertem: Glaucũ
& Creontem. Creon regno paterno ſucceſſit. Improbe. Con
uitiis ex deſperatione utitur in Iaſona. Nuptam. Creuſam.
Soceꝝ. Creontem. Quod potes eſſe. Quodcũq̃ es meum
eſt: & quod ingratitudine uti potes. Quos. Creontẽ Iaſona
& Creuſam. Actutum. Præciſio eſt ſeu eclipſis. Nã plus in
ſuſpitione relinquit q̃ ponatur. Fit ex indignatione nimia aut
gaudio ut ſit. Actutum q̃ primum omnes ſubaudiendum puni/
am. Sed quid prædicere pœnam. Correptio eſt. nam pœna
prædici non debet. Ingentes. Quare prædixerit exponit.
Facti fortaſſe pigebit. Tantum ſceleris admittam ut admiſſi po
ſtea meipſam pœnireat. Conſuluiſſe. Admonuiſſe Iaſonem
cum dixi. Et ardores uincet aduſta meos. Deus. Tiſiphone
aut cupido. Verſat. Inſtigat. Maius. q̃ dicam. Agat.
moueat meditetur ut ſit. Cremabo Creontis domũ cum rege &
filia meos filios perimam: cogamque Iaſona ad necem de quo
diximus.

## LAODOMIA PROTHESILAO
## ARGVMENTVM

MITTIT ET OPTAT AMANS.
Aeolus genuit Iphiclũ qui cũ argonautis ad aureũ uellus
nauigauit. Is cum filios gignere non poſſet: ſerpentis uenenum
ſumpſit. quod interpretantur eſſe hærbam ſerpentibus peſtife
ram: & eo ſumpto filios genuit Prothesilaum & Podarcen: qui
ex philace patrio regno. x. nauibus ad troiam nauigarunt. Pro/
theſilaus pedibus perniciſſimus fuit: confidens: honeſto uultu:
& corpore cãdido: uxorem ſumpſit Laodomiam. Acaſti phila/
cei filiam ex Laudothea. Laodomia uirum unice amauit. Nam
cum ſciret illum bello troiano Aeneæ dextra cecidiſſe: depreca
ta manes ut illius umbram conſpicere daretur: eam complexa
uita migrauit. Tragediam protheſilaus ſcripſere Pacuuius & Ti
tinniuſ. Laodomia exercitum græcorum aulide tempeſtate clau
ſum percipiens ad Protheſilaum hanc ſcribit epiſtolam: quæ bi
fariam diuiſa eſt. prima pars Laodomiæ deſiderium: uolunta/
tem: amoremque in protheſilaum oſtendit. Secunda quem ti/
morem: quam ſolicitudinem cœperit aut ſpem de coniuge ma/
ximo aperit ardore. philace urbs eſt theſſaliæ in pthiotica regi/
one: patria protheſilai. pthios enim ſubditos fuiſſe protheſilao
Achilli & philoctete autor eſt Strabo. Fuit & alia Laodomia fi/
lia Bellorophontis ex Achemene quæ ex Ioue Sarpedonem li
tioꝝ regem peperit.
MITTIT ET OPTAT AMANS. principium eſt a de
ſiderio. Laodomia theſſala mittit ſalutem protheſilao uiro ſuo
& optat accedere aulida. Quo. ad quem uirum uel aulida mit
titur ſalus. Aulide te fama eſt. Palamedes Vlyxes & Mene/
laus miſſi legati ad Priamum de reddenda Helene reportant nõ
id placere Priamo. Vocantur omnes græciæ principes ut bien
nio cuncti in aulide conuenirent. Aulis eſt enim contra eubœã
imminens gereſto promontorio: Autor eſt Strabo. Quibus
aggregatis quoniam ceruam Dianæ ſacram Agamemnon perei
merat: in exercitu peſtis exoritur: tempeſtaſque in mari ingru/
it: quo minus ad troiam nauigare potuerint. Ab me cum fu/
geres. Dolet uentum & procellaſ non fuiſſe Protheſilao ſoluen
te oram e philace. Oſcula. Commoditates exprimit quas fu/
iſſet conſecuta ſi tunc procellæ extitiſſent Raptus ad amoris
deſiderium reſpicit. Ventus erat. Secundus uobis nauiganti
bus erat uentus: non mihi amanti quæ a te deſerebar. Ven/
tus erat. Traductio eſt quæ facit ut idem ſæpius ponatur uer/
bũ nõ mõ ut nõ offẽdat animũ: ſed ut cõcinniorẽ reddat orõem
Nã ut inquit Cicero habet quandam feſtiuitatem & aculeos ad

cõmouendum Mandatis.quoniam quæ uolui mandare nõ po
tui. Vale dixi.ſed. Triſte.hoc eſt meſte. Incubuit boreas
Diſceſſum Protheſilai narrat. Vt te non poteram.Quid ipa
egerit in diſceſſu uiri memorat. Lux quoqꝫ tunc abiit.Natu/
rale eſt ut præ dolorẽ exaĩatis lux fugiat. Dicor.quia ego nil
ſenſi. Succiduo:debilitato. Iphiclus.Pater tuus. Iphiclus
is fut qui boues Neleo rapuit. De quo meminit Homerus in
odiſſea: Agaſtus.pater meus. Mater.Landothea. Me
ſta.Triſtis. Refecit aqua. me reſtituit aſpergine gelidæ:do
lore aut langore procũbentes ideo gelida perfundimus:ut aſp/
ſa exterioribus corporis partibus frigiditas interiorem illũ re/
cedentis in præcordia ſanguinis calorem ad exteriora ꝓuocet
ſanguis eni caſibus repentinis ad præcordia ſecedit: parteſque
deſerit externas. Fecere.præſtitere reſtituentes me a lango
re. Legitimus.qui mihi eſt ex matrimonio. Nec mihi pec
tendos.Cõmiſeratio eſt a cultu. Aurata ueſte. attalico:cuiꝰ
inuentio ad aſiæ reges referri Plynius tradit. Vt quas pãpi/
nea.a ſimili arguit furorẽ ſuũ:ut ſit:Feror iſana ueluti Bacchæ
actæ numine Bacchi. Si corniger. Bacchus ex potu ſi qñ bi
bẽtis caput agitaretᷣ:id mitra ligabat.Vñ mitriferoſ ẽ dictus.
Ex hac ẽt cã corniger appellatus; & bicorniger. alii uero ex ea
cã corniger dici uolũt ꝙ ebrii ferãtᷣ ĩpetu quodã & ſine rõne ue
luti beluæ quæ cornibus ſæuiũt.Primæ cauſæ alludit Sabinus
cum dicit.Accedant capiti cornua:Bacchus eris.Duplici etiam
forma ideo formatur:quoniam duo Dionyſii extitere ut inquit
Diodorus.Primus barba prolixa antiqua cõſuetudine.Poſteri/
or iuuenis fuit & ſpecioſior.Alii ideo duplicẽ formam aſſignant
ꝙ ebrietas faciat homines iracundos & ilares.Cũqꝫ in cõuiuiis
ebrii fuſtibus ligneis ſeſe uerberarent:edixit ut pro fuſtibus fe
rula uterentur. Et mihi clamant.In me excandeſcunt.Clamo
tibi & inclamo te dicimus:hoc ẽ iraſcor tibi & in te excaneſco.
plautus in aſinaria.Nimis ægre riſum cõtinui ubi hoſpitem in/
clamauit:quod ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet. Re/
gales ſinus.Veſtes reginam decentes. Saturatas murice ue/
ſteſ.Quare ſe colere nõ debeat exponit.Murex genus cõchylii
cuiꝰ ſãguine pupura ĩficitᷣ.præcipuꝰ ẽ tyri aſiæ.In menigne afri
cæ.In getulo littore oceani.In laconia europæ.Bis madefacta
purpura dibapha dicitur.Hac uſus eſt romæ primus Lentulus
Spinter edilis curulis Cicerone conſule anno urbis cõditæ dcc.

Ille.Protheſilaus. Ipſa comas pectam. Contentione utitur.
Galea caput ille prematur.Sinedoche per uerbum hoc & galea
illi caput atterat. Damno.Quoniam ruet troia. Malus ho
ſpes.Quia ius hoſpitii uiolauit rapiens helenam. Thenariæ
Laconicæ.Thenaros eſt laconiæ promontorium ut dicemus.
Maritæ.Helenæ laconicæ. Tu qui pro rapta.Principiũ ſe/
cundæ partis:ubi ĩ odium trahit Menelaum qui multis erit cau
ſa necis. Rapta.Helena. Nimium.moues exercitũ ĩ troia
nos. Vltor flebilis.qm̃ multi tua cauſa cadent. Omen. ar
guit ab auguriis ſe iure timere. Det arma Ioui.Suſpendat uic
or Protheſilaus ſpolia Ioui. Ilion.arx troiana. Tenedos.
Tenedos inſula eſt in conſpectu troiæ.Tenus Cycni filius uir
inſignis e troade cõgregatis colonis nauigauit in hanc inſulam.
Tunc leucophas nuncupabatur:ubi p colonos diſtributis agris
& urbe teno condita a ſe inſulam tenedõ appellauit.Tenedii ſe
cus aſſerunt.Nam dicunt Cycnum calumnia uxoris filium Te/
num in archa clauſum proieciſſe in mare:& deoꝝ ope ſoſpitem
delatum in inſulam:ubi poſtea regnans immortales honores ẽ
conſecutus.Cum tenus urbs in inſula ab Achille deleta fuerit:
decretum ẽ ne cui liceret Achillem in templo nominare. Si
mois.Fluuius. Xanthus.Fluuius ad troiam. Ide.Mõs &
ſilua. Ne rapere auſurus.arguit a conſequente ſe timore affi/
ci.Inquit enim.Si non fuiſſet Paris Helenen defenſurus nõ ra/
puiſſet. Multo auro.Multis diuitiis. Potens.Venerat.
Per quæ.Claſſes & uiros & arma gerũtᷣ bella. Quota quoqꝫ
Minima pars phrygum ſecuta ẽ Paridem:quid ſi omẽs acceſſiſ
ſent. His.armis:uiris:claſſe:diuitiis:& quia ſe defendere po
terat. Gemellis.Caſtori & polluci. Ledea. Helena Ledæ
filia. Hectora neſcio quẽ.Timorem ang& ab Hectoris for/
titudine. Laodomia ſibi.Nolo pugnare ne offendam Laodo
miam. Si cadere argolico.Poſt timoris ſui demõſtrationem
conſulit quid faciundum ſit:ut imminens periculum euitetur.
Sub milite argolico.Virtute troianoꝝ militum. pugnet &
aduerſos.Monet a iuſto:ab eo non eſſe pugnandum:ſed a Me/
nelao qui pro rapta cõiuge in troianos cõſpirarat:& alludit ad
pugnam quæ fuit inter Menelaum & paridem;ut eſt apud Ho
meꝝ qua Paris ſuccubuit. Diſpar.Quoniam ego tibi fidem
ſeruo. parcite dardanidæ.Deprecatione utitur:ut affectum
quendam amoris indicet. Vni.protheſilao. Meus.Qui



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

æque ac meus eſt. Eat. Manet Corpore. protheſilai. San
guis uiri uxoris eſt propter generationē ubi cõmunis efficitur.
Sed hic ad amoris feruorem aſpexit ut ſit ne protheſilaum uul
neretis: quoniam eadem mihi uulnera imprimũtur: & alludit ad
id quod tam diu uiuere decreuerat: donec protheſilaus uixiſſet.
Non eſt. protheſilaus. Cõcurrere. Ad bellũ ꝓgredi. Sæ
ua. Magna fortia. Ille. Menalaus qui amore pugnat fortior
eſt. Alii. Ob ablatam uxorem. reuocare. Te ne ires. Fe
rebat: perſuadebat ut te reuocarem. Malii auſpitii. Timui ob
auſpicium quod malum de te ſumpſi. pes tuuſ offenſo. Auſpi
cium eſt futuri exitii ſi pes prodeuntis e domo limine offendat.
De quo ſic tibullus. O quotiens ingreſſus iter mihi triſtia dixi
Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem. Hoc etiã plynius memi
nit: quod protheſilao ad bellum troianũ contingit properanti.
Tacito pectore. Mecum nemine audiente. Sors quoqꝫ. A fa
to prohibet uiꝝ militare. Fatum erat primæ nauis ducē quæ ad
littus troianum appelleret cadere debere: quod Protheſilao ac
cidit qui ab Aenea trucidatus ē. Fato. Morti. Troada hu
mum. Troianum littus. Strenuus. ut primus ad troianum lit
tus appellere cupias. Terra paterna. philace. Cum ueniet.
cum redis in patriam tunc properãdũ eſt. Siue latet phebus.
Inter cælum & terrã pendent ſeptem ſydera certis diſcreta ſpa
tiis: quæ ab inceſſu uocamus errãtia. Omium medius eſt ſol tē
poꝝ terraꝝ ſyderꝝ cæliqꝫ rector: qui cæteris ſyderibus lumen
miniſtrat: quem mundi animũ mentēqꝫ dixere. Demõſtrat q̄ꝫ ta
cura afficiatur abſentia uiri: ita ut illius animũ excitet ad ſui deſi
derium. In lecto celibe. Caſtitatem notat in abſentia mariti.
Celebs mulieribus ē lectus ſine uiro: uiris ſine fœmina. Sed
tua cur nobis. Præſagia diſſeminat futuri exitii. Cur uenit a
uerbis. In ſõnis ſemper querens Laodomiæ imago uiri uideba
tur. Simulachra noctis. Vmbras infernas quæ præſũt nocti
ut Herebus: Pluto. Nulla. quoniã multa facio ſacrificia ad lu
ſtrãda ſõnia. Thura damus. Cõburimuſ thura quæ perfundi
mus lachrymis. Sparſa. Lachrymis Relucent. Emittũt flã
mam. Vt ſolet. Ita e thure lachrymis ſparſo emittitur flãma
ueluti ab igne uino perfuſo. Quando ego te reducē. A ſpe
cõmiſeratione mouet. Languida ſoluar. Omis inſperata res
allidit & concutit ſi quando potiri datur præcordia: ad quæ re
fouenda ſanguis accurrit exteriora deſerens gelida. Vnde lãgor

quidam generatur: hunc remouet ut diximus gelidæ aquæ aſp
go. Dulci mora. Illud exprimit quod Libanus ille ſeruus i fa
bula Plauti quæ aſinaria inſcribitur tradit cum linguam Phileni
ſcorti cum ſua confundi uolebat. Fac pro ſerpente beſtia me du
plicem ut habeam linguam. Referre. Ad referendũ. Dul
ci mora. Propter oſcula. Sed cum troia ſubit. Ex cauſa mon
ſtrat maiorem eſſe timorem q̄ꝫ ſpem. Venti. Ipſa nauigati
onis pericula. Exire. Portum aulidis. Moueor etiam quod
uenti prohibēt carinas ueſtras exire aulidis portum: & quod cõ
tra numina nauigare ad troiam properatis. Inuitis aquis. hoc
eſt diis marinis. Sic etiam dicimus inuito cælo hoc eſt diis cæle
ſtibus. Quis uelit in patriam. Nititur oſtendere ad troiã nõ
eſſe nauigandum ob tempeſtatem quod confirmans a uoluntate
deoꝝ inquit. Ipſe ſuam non præbet iter Neptunus ad urbem.
Vrbs Neptuni. Troia ē. Mora numinis. Neptunus uos de
tinet. Sed quid ego reuoco. O longam aduerras: quod rariuſ
contingit in dictione ego. fruſtra uos reuoco. Lis omnis. ois
tēmpeſtas. Abeſto. Sedetur: quoniam fiet tranquillitas: ideo
fruſtra uos reuoco. Troiadas inuideo. ſ. troiæ. Nam dicimuſ
ut illud eſt Virgilii. Pampineas inuidit collibus uuas. Sic hoc lo
co inuideo troiæ puellas ſuas. Sic. Vt erũt uel icolumes uel
uulnerati: ſed potius. ulueratos optat & extinctos. Et ideo ſub
dit. Funera conſpicient. Barbara. Troiana. Arma dabit.
Traductio eſt: mouet affectum. Dubiis & uito & puellæ.
Producet. Remorabitur ex deſiderio. Face. Fac. Exuet.
Demonſtrat officium uxoris erga maritum. Reduci. Marito
a bello redeunti. Nos græcæ puellæ. Et a comparatione ꝓ
bauit troianas puellas eſſe fœliciores græcis. Eſt mihi cæra.
Apud maiores autore Plynio in atriis erant imagines non mar
moreæ non æreæ: non externoꝝ artificum manibus elabora
tæ. Sed expreſſi cæra uultus ſingulis diſponebantur armariis.
ut eſſent imagines quæ comitarentur gentilitia funera. Habeo
inquit Laodomia imaginem tuam cæra elaboratam. Plus eſt
q̄ꝫ quod uideatur. Quia non imago ſed uerus Protheſilaus ui
detur. Adde ſonum. Vocem. Nil deeſt imagini ex Protheſi
lao præter uocem. Per reditus corpuſque tuum. Concluſio
eſt. Per pareſ faces. Per amorem noſtrum parem & cõiugiũ
fax & ad matrimonium & ad amoris ardorem refertur. Perqꝫ
quod o uideam. O uideam non & uideam legendum eſt. Iuro



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

inquit per caput tuum quod utinam uideam caneſcere. Quo
cunque. Seu ad uitam ſeu ad mortem. Heu timeo. Siue eris
extinctus iuro me fore protheſilaum ſecuturam ſeu uiuat ſeu oc
cidat. Si occidet me interituram. Si tibi cura mei. Reſpicias
cōmunem ſalutē quod effeceris ſi militiæ pericula euitaris.

## HYPERMESTRA LYCO. ARGVMENTVM

MITTIT HYPERMESTRA.
Danaus Beli priſci filius qui moris ægypti ſuperioribus re
gnauit. De cuius origine diximus ex pluribus mulieribus ut tra
dit Euſebius. Nam barbarorum mos eſt plures habere concu/
binas) quinquagita filias genuit: quas Aegyptus frater ut græ
ci dicunt: ut latini Egiſtus totidem filiis uxores dari petiit. Da/
naus cum ab oraculo accepiſſet fore ut opera generi interiret:
abnuit: & cōſcenſa naui argos properauit: & pulſo Gelanore re/
ge argiuum regnum ſuſcepit. Aegyptus indignatus filios cōtra
Danaum miſit hac lege ut nunquam niſi illo interempto redirēt
Obſeſſus Danaus ſimulat nuptias: pocula inficit: quæ ſomnum
generis facerent: filiarum cuique cultrum præbuit: præcepitq;
ut quæque ſuum uirum noctu dormientem necaret. Admiſere
omnes ſcelus præter Hypermeſtram: quæ Lyco mota pietate
pepercit: eumque ad Aegyptum patrem fugere præcepit. Da/
naus ubi rem percepit quod uſa fuerit pietate ueluti ream in car
cerem Hypermeſtram adegit. puella itaque ad Lycum dum uin
culis coherceretur hanc ſcribit epiſtolam: ut ad miſerationem
commotus & ſe & uxorem ulciſcatur. Lycus interea collecto
exercitu in peloponeſſum enauigans Danao trucidato argiuorū
regnum ſuſcepit. Danaus argis ī foro ſepultus eſt ubi ſepulchrū
cernebatur: quod palynthum nuncupatum eſt. Ex puellis hæ
nominātur. Hypermeſtra: Amimone: & Eſione: quæ ex Atlā
te Electram genuiſſe traditur. Amimone ex Neptuno Naupli
um. Epiſtola commiſerationem mouet & incendit ad ultionē.
De tot. ſcilicet quinquaginta. Vni. Lyco. Iacet. Extincta
eſt cætera turba fratrum crimine ſororum. Et captat beniuolen
tiam trahens ſorores in odium. Clauſa domo teneor. Domi
dici debuiſſe grammatici diſſerunt. Mouet commiſerationem a
captiuitate. Supplicii cauſa. Do pœnau quod uſa fuerim pie/
tate: ab iniquitate patris beniuolentiam captat. Quod ma/
nus. Lycum ad iram concitat exponens cauſam captiuitatis: ſcis
inquit quare ſim captiua ꝙ te non peremerim. Iugulo. Tuo
Iugulum pars gutturis: ubi oſſe eminente iunctura conſpicitur
Præſtat eſſe ream. Apud patrem cum ſim pia. Quam ſic. S.
per ſcelera. parenti. Danao: malo cum ſim pia haberi a patre
ſceleſta ꝙ̄ꝗ proba: cum fuerim nefaria: Et commendat ſe ab offi/
cio & uoluntate. Me pater. A conſtantia laudat ſe. Quē
ignem. Non uiolauimus. Quoniam maritum ſeruaui. Sa
cris. Quæ habita ſunt in matrimonio. In ora. Vt iurat.
Non bene. Iniuſte & crudeliter. Quem enſem. Ita poſitum
eſt ut illud Virgilii: Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. Vir. Ly
cus. Nupta. Hypermeſtra. Non tamen ut dicant. Cruci/
et me pater uſque ad necem ut dicaꝫ me ſeruaſſe uirum pœnite/
re efficiet nunquam. Non eſt. Hypermeſtra. Danaum.
patrem. meum qui præpoſuit nobis facinus. Sæuas ſorores
Quæ admiſere ſcelus. Hic euentus. ſcilicet pœnitentia ſo/
let ſequi poſt nefaria admiſſa. Ideo illud ſatyricum eſt. Exemplo
quodcunque malo committitur ipſi Diſplicet auctori. prima eſt
hæc ultio quod ſe iudice nemo nocens abſoluitur. Temera/
tæ noctis. Cæde tot fratrum. Quam tu cæde putas. A ti/
more ſuadet nunquam fuiſſe eo animo ut uirum perimeret. In/
quit. Timeo ſcribere de cæde quam non admiſi: quanto minus
admitterem. Sed tamen experiar. Scilicet ſcribere. Mo/
do facta crepuſcula terris. Tempus & facinus demonſtrat ut in
ſe miſericordiam: in patrem & ſorores iram concitet. Inachi/
des. Quoniam originem ut diximus genti dederunt Iupiter &
Io Inachi filia. Inachus fuit antiquiſſimus argiuorum rex. Ma
gni ſub tecta pelaſgi. Pelaſgi legendum eſt non tyranni ut qui/
dam putauit. Pelaſgus ut autor eſt Dionyſius Iouis & Niobes
filius. Seu ut alii tradiderunt Neptuni primum argos achaeum
hoc eſt peloponneſſum tenuit a quo pelaſgi græci ſunt appel/
lati. Poſtea a Danao Beli filio danai dicuntur. Vt Eurypides te/
ſtatur. Argiuorum uero arcem ut autor eſt Strabo Danaus
habitauit. Eā enim primo Pelaſgus coluerat. Ducimur inquit
nuptiali pompa in arcem argiuam quam magnus Pelaſgus tenu
it. Et ſocer. De abſente Aegypto loquitur ueluti adeſſet.
Nam argis Aegyptus non erat in calamitate natorum. Præ
cinctæ. Ornatæ. accenduntur undique lampades. Inuitos.

Qui inurere recuſantes futuri ſceleris præſagia reddebant.
Iouis coniunx. Iuno Ab urbe ſua. Argiſ. argos & mycenæ
urbes inter alia claræ in peloponeſſo quinquaginta ſtadiis finiti
mæ inter ſe. Templum Iunonis dicatum eſt iuxta mycenas
utrinq̃ cõe. In eo fuere ſimulachra Policleti præſtantiſſima:
ſumptu & magnitudine Phidiæ ſane imaginibus cedentia.
Madidas. unguentatas. Flore nouo. Sertis: Coronari flo
ribus uiros & nuptas diximus in nuptiis. Digna. Quo/
niam erant ornata. Quodque uerebar. Quicquid audie/
bam erat mihi timori. Mentemque calor. Defecit in me
calor: Vnde ſtupefacta ſum & langore concidi. Vtque le/
ui zephyro. A comparatione tremorem ſuum oſtendit. Vi/
na. Nam medicata pocula dediſſe Danaum generis diximus.
Excuſſere. Reiicit culpam in parentis imperia. Timor. ad
ſe: pietas ad maritum refertur. Effice germanis. Quan/
tum inter ſe queſta: dum animus in utranque ſententiam uerte
ret: hoc eſt: efficeret ne parentis miſſa: an conſeruaret maritum
Fœmina ſum. Quod non interimat arguit a cauſis. Quin
age. A facili quare perimere poſſit arguit. Si manus hæc.
pro ſalute uiri arguit. Meruere. Fratres. patruelia.
patruelis Danai. Commiſſo. Crimine. Pene manus
tælo. pene fere & ferme rem imperfectam exprimunt: Vnde
errant qui ſub his particulam ſemper intelligi dixere. quod ele/
gantiſſime monſtrat plautus cum dicit. Nequiter pene expe/
diuit prima paraſitatio: & alibi. Fere exaĩata ſũ nec ſeruo ſemp
male ſortita ẽ paſitatio. nec ancilla fuit ſemper exanimata. Ideo
ſcite Cicero in oratoris uolumine ſecundo fere cum particula
ſemper adiunxit. Craſſo in hæc uerba loquente. Sæpe ex ſo/
cero meo audiui cum is diceret ſocerum ſuum Lelium ſemper
fere cum Scipione ſolitum ruſticari. Vnde ſemper minime amo
uenda eſt ut ſub alia particula hoc eſt fere intelligatur. Sur/
ge age. Sua uerba ad Lycum exprimit. Perennis. perpe
tua: quoniam extingueris. Cognatæ. Cognatorum & ne/
potum. In uno. Lyco ſeruato. Iacturam. Dedecus:
Hoc ſolum illi erat dedecori quod tu fueras ſeruatus. Ab
ſtrahor. Calamitatem ſuam notat: ut ad ultionem concitet ma
ritum. Permanet ira: Sui generis iacturam a deorum uo/
luntate eſſe contendit arguere. Inachus primus argiuorum rex
filiam genuit Io. Argos enim urbem incolebat ut Herodotus

tradit: Vnde minime conuenire uidetur quod ægyptii aſſere/
bant: Danaum argos condidiſſe: quæ urbs cum cæteras græ/
ciæ ciuitates ea tempeſtate antecelleret. Huc nauibus appule/
re phenices mercatores. Sexto die cunctis fere uenditis illuc
mulieres argiuæ & Io profectæ ut aliquid mercarentur: in eas
nautæ impetum fecere: & pleriſque fugientibuſ Io cum aliquot
rapta eſt: & in ægyptum delata. Hæc perſæ tradunt: phenices
uero aſſeuerãt ſe non rapuiſſe Inachi filiam: ſed eam apud argoſ
cum nauclerio rem habuiſſe: & grauidam timore parentis ultro
cum phenicibus in ægyptum nauigaſſe ne crimen proderetur.
Fabulæ canunt in formam bouis in ægyptum a Iunone exagita
tam confugiſſe: illic in primam formam reſtitutã. Iſidem ægyp
tios uocaſſe & Oſiride uiro aſſumpto multiſque beneficiis mor/
talibus collatis deam habitam extitiſſe. Herodotus libro ſecun
do ſic loquitur. Boues mares ægyptis immolant: fœminas im/
molare non licet utpote Iſidi conſecratas. Nã Iſidis ſimulachrũ
muliebre eſt bubulis præditum cornibus: quemadmodum Io
græci deſcribunt. Fœminas boues uenerantur omnes. Nemo
ægyptius os græci exoſculatur alicuius: nec cultro: ueru: uel ol
la uel pura bouiſ carne græco cultro inciſa utebatur. Inquit Hy
permeſtra: Noſtrum genus calamitatibus affectum eſt: ex quo
Io acta eſt in bouem a Iunone. Nec ſatis eſt pœnæ. per am
plificationem fabulam exprimit. Puellam. Io. Liquidi pa/
rentis. Inachi fluminis argiui quod ab Inacho rege nomen ſorti
tum eſt. Nouos pedes. Taurinos. Diues. Quoniam re/
gis filia & non modo rerum ſed etiam formæ diues erat. Per
mare. Marcellinus ait: Anguſtias maris thracii quod Io in for/
mam bouis tranauerit boſphorum appellari. Tu tibi dux co/
miti. quoniam ſola & inſtigante nemine fugis. Per ſeptem ni
lus. Nilus ut Iuba rex potuit exquirere oritur in monte inferio
ris mauritaniæ non procul ab oceano lacu protinus ſtagnante
ilide: bis ſubterraneis cuniculis cõditur: per loca harenoſa biſq̃
emergit: africam ab æthiopia ſeperat: aſcappus cognominatus:
quod æthiopum lingua ſignificat aquam e tenebris defluen/
tem: plures inſulas facit: clariſſimam meroen. In ægypto ĩ plu
res ſciſſus partes formam triangularem quam dicunt deltam r̃d
dit. Nec nilus antea ut inquit Plynius dicitur quam totum ſe cõ
cordibus aquis rurſus iunxit. Tandem undecim oſtiis in ægyp/



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

tium mare ſe uomit: quorum quattuor ægyptii ſalſa ora appel/
lant. Ad quod accedit Herodotus cum dicit: Belbiticum & buc
colicum hoſtia non ſunt natiua ſed defoſſa. Celeberrima ſunt
ſeptem: quæ etiam a Diodoro nominantur: peluſiacum ad auro
ram: canopicum ad ueſperam. Inter hæc poſt peluſiacum ſuo or
dine bolbiticum: ſebeniticum: phanniticum: memneſium: Tani/
cum: ab oppidis nominata præter canopicum a Canopo auriga
Menelai dictum. Portus. Oſtia. Exuit. Iuno. Pelicis: Ius
Ora. Effigiem. Vltima. prima: ut eſt apud Ciceronem libro
tertio de finibus bonorum & malorum: eorum dico qui ſũmum
bonum quod ultimum appellant in animo ponerent: & Virgili
us in hanc ſententiam uſurpauit libro octauo dicens. Tu ſanguiſ
ultimus. Quod ideo factum eſt quoniam quæ prima ſunt ultia
ſunt & prima ultima. ut in Battaro. Et prima nouiſſima nobis.
Pater. Danauſ. Paternus: Aegyptus. Regno. Ab ægyp
to. Vltimus urbis. Quoad ægyptum dixit. Ille: Aegyp/
tus. Sene inope. Danao. Exiguiſſima. Solus Lycus. Pe
riere totidem ſorores. Ex affectu dictum eſt quoniam de hiſ ſup
plicium ſumet Aegyptus. Nam omnes dedere pœnas præter
Hypermeſtram. En ego quod uiuis. Crucior quia te ſeruaui:
redit ad principium. Fratre manẽte. Superſtite Lyco nõ do/
leo mortem meam: ſed quod tot fratres perierunt. At tu ſi
qua pie. Concludit per commiſerationem. Sororis. Hyper/
meſtræ. Munera. ſcilicet uitam. Vel fer opem. Petitio
eſt. Inquit: Siue eximas me a captiuitate: ſiue cum aliis ſorori/
bus trucidabis ſepelias corpus meum. Vel dede neci. Iuſſu
parẽtis. Aegyptus uſque ad unam ſorores truncari uoluit etiã
Hypermeſtram: quam Lycus beneficii memor liberauit.
Furtiuis. Quos neſciat Aegyptus. Exul Hypermeſtra.
Diſtichon ſepulchrale. Iniquum. Quoniam pro conſeruan
da fratri uita trucidata eſt. Sed pondere laſſa cathenæ. To
tus finis eſt ad commouendam miſericordiã.

# PARIS HELENAE

## ARGVMENTVM

HANC TIBI PRIAMIDES

IVPITER ex Electra genuit Dardanum: Dardanus
Herychthonium: Herychthonius Troum: Trous Ilum: Gany
medem. & Aſſaracum: Ilus Laomedontem: Laomedon Helio
nen: & Priamum: Priamus quinquaginta liberos habuit: inter
quos Paridem qui & Alexander appellatus Helenam rapuiſſe
traditur: de quo uaria fertur hyſtoria. Herodotus tamen in/
quit in hanc ſententiam. Priſcis temporibus Cretes phiniciam
appulſi Europam Agenoris regis filiam rapuerũt memores in
iuriæ quod phenices Io Inachi rapuiſſent. Deinde græci cum
eſſet par conditio ſecundæ rapinæ autores extitere. Hi enim
ad colchos enauigantes duce Iaſone Medeam rapuere. Secun/
da dehinc ætate Alexandro quem diximus cum iſta audiſſet in
ceſſit libido uxoris ſibi e græcia per rapinam comparandæ exi
ſtimans ſe minime pœnas daturum quemadmodum & primi
illi raptores non dederint. Alii rapinæ cauſam extitiſſe tra/
dunt: quod Heſione Priami ſoror fuerit ab Hercule Thela/
moni concubina tributa: quoniam primus aſcenderit pergama
bello quod contra Laomedonta ab Hercule geſtum eſt. Fa
bulæ uero canunt uenerem cum pro ſe in ida ſilua iudicium
contra Iunonem & Pallada de pulchritudine iudice Paride
tuliſſet: illi Helenam promiſiſſe. Vtcunque eſt uetuſtas cer/
tet. Nos ad noſtra redeamus. Alexander cum Aenea aliiſq;
comitibus in laconiam nauigant per helleſpontum cum aliquot
nauibus: ſparte a Menelao hoſpitio excipiuntur: Per idem tem/
pus accidit ut omnes Minois pronepotes acciti ad diuidendas
Atrei opes Cretæ conuenerint. Qui fuere: Agamemnon: Me
nelaus: Idomeneus: Merione: Clymene: Palamedes: Dictis:
Anaxibia. Menelaus itaque domum Paridem reliquit: edixitq;
uxori Helenæ nõ minus Paridẽ q̃ ſeipſũ haberi. Interea Paris
Helenæ amore caleſcẽs hãc ſcribit epiſtolã: eãq; precibus pol
licitationibusque deuictam cum Clymene & Ethra Mene/
lai affinibus troiam abduxit. At Herodotus Homeruſque

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tempeſtate in ægeo exorta in ægyptum ad Protheum delatos
tradunt: & illic relicta Helena in patriam nauigaſſe. Epiſtola to
ta eſt ad amorem excitandum.
HANC TIBI PRIAMIDES MITTO LEDEA SA.
Principium mouet affectum. Irrepere paulatim quadam inſinua
tione nititur ad rem ſuam. quoniam cauſa eſt aliquantulum tur/
pis: inquit: Salute careo niſi tu eam mihi præbueris. Priami
des. Paris filius priami: & a genere & a perſona utriuſque beni/
uolentiam captat. Eloquar an flammæ. Attentam facit He/
lenam quodam uerborum ambitu. Ille quidem lateat. Refu/
git ab his quæ lædunt ad ea quæ proſint. Dum tempora dē/
tur. Latenter rapinam exprimit: Cum transfretabimus troiam
non timebimus. Diſſimulo. Amorem. Ignem. Qui late/
re non poteſt: a ſimili probat amorem celari non poſſe. Vror
Docilem facit Helenam: ſed non addit cauſam incendii quæ ſa/
tis ex uerborum ambitu intelligi poteſt Habes animi. intelli
gis quid tibi meus animus nuntiet. Parce precor. Quintilia
nus inquit: Non eſt abre in principio optare abhominari roga/
re ſollicitum agere. Nec uultu duro. Sed miti: qui tuæ con/
uenit pulchritudini: & a forma Helenam beniuolam reddit.
Iandudum. Gratulor te meam epiſtolam recepiſſe ſpero ſimili
ratione recipi: artificioſum eſt cum id quod fieri cupimus iā fac/
tum eſſe dicimus. Mater amoris. Venus: Laborat cauſam ſuam
uideri iuſtam a numinis auctoritate Rata ſit. In propoſito fir
ma. Nanque ego diuino. Venus me miſit ſparten quæ mihi
te pepigit. Cytherea. Venus. Hac duce. Venere: Am/
plificatio eſt: qua demonſtrat Veneris numine ſuam ſparten fu
iſſe tranſmiſſionem. Dubias. Quoniam omnis nauigatio in
certa eſt: Sed Venus me huc detulit. Puppe pherethea. Alii
legunt phirethea: ut ſit: puppe: quæ fabricata eſt in phiretheo
Nam ſcamander flumen eſt retheo proximum: ſimois uero
ſigeo promontorio & in conſpectu noui ilii concurrunt. De
inde ſigeum delata lacum efficiunt: q̄ os dicit̄ campos utriuſq̧
oræ & ſigeæ & retheæ collis ex directo dirimit: q̄ a nouo ilio in
cipit: & uſq̧ cebrinā urbē tēdit: ita ut ad utroſq̧ flexus tēdens
phi . litteræ formam reddat ut Strabo auctor eſt. Nonnulli
legunt. Phereclea. Vt dicatur a fero & gloria: quæ Cle
os græce dicitur. Ceu glorioſa & triumphalis puppis. Alii

Pherezea. Quaſi ferens famam quæ zea dicitur. hoc ē famoſa.
Alii pherethea. a Phereto fratre Eſonis de quo in Balbo dixi/
mus ſumpta denominatione ab Argo: quod minime conuenire
ad dignitatem poetæ uidetur. Nam incongruum eſt barbaram
phrygiamque nauim græcam denominare. Nonne flagitium eſ
ſet & quodammodo ſacrilegium cilicum naues quos pompeius
uicit romuleas appellare. Ego autem cum ſuperiori ſententia
congruens phirethea legendum puto. Seu phererethea a feren
di diuinitate. Nam theos diuinum ſignificat: quod ea puppiſ du
ce Venere feratur: & numen etiam uehat. Nam dixit & cepto
non leue numen adeſt. & Hac duce ſigeo. Orta mari. Ve/
nus ex ſpuma maris orta eſt ut diximus. Perſtet. In propoſi
to ſit Et ut pelagi. Vt mihi præbuit nauigationem ſecundam
ſic amorem facilem concedat. Mea uota. potiri Helena At
tulimus flammas. Quare ſparten ſua fuerit tranſmiſſio aperit.
Amor inquit me huc detulit. Tenaris. Laconica a tenaro p̄/
montorio. Oppida diuitiora. Cicero in oratore libro tertio
Inde ille licentior & diuitior fluxit Dithirambos. Duæ prouin/
tiæ reges habuiſſe ditiſſimos traduntur: phrygia & lydia. phry
giæ rex fuit Mydas Gordii filius: qui regiam ſellam qua ſedēs
iura reddere ſolebat Apollini delphico conſecrauit: & locata eſt
ubi gige pateræ fuerant ut tradit Herodotus: qui primus mu/
nera delphos attulit: In lydia Crœſus regnauit ubi Pythius
priuatus uir Darium donauit & uite & platano aurea. Phryges
antiquo uocabulo bryges dicebantur quouſque Macedones eu
copei illuc coloniam traduxerunt. Tuos uultus. A pulchri/
tudine laudat Helenam & fama non te uideram: & nomine tuā
pulchritudinem intellexi. Maligna. quoniam plus eſt q̄ꝫ re/
ferat. Illa. Venus. Materia. Ipſa pulchritudine quandoqui
dem maior eſt q̄ꝫ gloria. Arſit merito. Ab autoritate argu/
it Theſeum Helenam rapuiſſe diximus. Viro. Theſeo.
More tuæ gentis. puellæ laconicæ cum pueris paleſtram exer
cebant ut etiam plutarchus meminit: in qua cum adeſſet The/
ſeus in Helenam amorem concipiens eam rapuit. Quod ra
puit laudo. Deſcendit paulatim ad ſuam cauſam: & quid fac/
tum ſit: quid ue ipſe faceret exponit. Bona præda. He/
lena. Tene. Repetitio eſt. Si reddenda fores. Theſeus
uirginem Helenam reddidit: quod non credit Oennone cū dicit
A iuuene & cupido credat̄ reddita uirgo Venus nr̄a. aliq̄d

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

te ſumerem quod iuuaret. Salua uirginitate. Vel te ſtupro
ſoll icitaſſem: uel ſumpſiſſem oſcula: aut aliud quod taceo. Flã
ma rogi. Agnominatio eſt ex æquiuocatione uocabuli. Flã/
mas. amorem. Rogus finiet amorem in te meum. Præpoſui
regnis ego te. Ab enumeratione partium arguit. Inquit enim
malui te q̃ regna.: quam uirtutem quæ Iuno & Pallas ſunt
mihi pollicitæ. Nam cum in ida iudicium Paris inter deas Iu/
nonem: Palladem: & Venerem haberet de pulchritudine. Iu/
no diuitias & regna: Pallas rerum cognitionem & uirtutem:
Venus Helenæ talamum eſt pollicita: pro qua iudicium tulit
Paris. Nonnulli adulterinos hos uerſus qui in emendatis co/
dicibus non habentur poſuere.

Cum Venus & Iuno Pallas in uallibus idæ
  Corpora iudicio ſuppoſuere meo.
Primaqꝫ cum regnum Iuno daret: altera fortem
  Tyndaridos coniunx tertia dixit eris.

Contempta eſt uirtus. Contempſi uirtutem. hoc eſt animi præ
ſtantiam. In uoto ſuo. Non piget electionis meæ. Non
ego degenti. Paris ſe a generoſitate commendat Degener.
ignobilis. Turpiter. quod genus non conueniat. Pleiades.
probat ab autoritate perſonarum & a diis eſſe ſuum genus.
Pleiades. numero ſeptem in fronte tauri filiæ Atlantis & Ple/
iones inter quas eſt Electra propagatrix generis troiani. Me/
dios auos. Viros præſtantiſſimos noſtri generis. qui fuere in/
ter priamum & Iouẽ quos diximus. Parens. priamus pater
meus eſt aſiæ rex. Qua. aſia. Beatior. Opulentior. Vix
obeunda. Tã latum tã diffuſum eſt Priami imperiũ q̃ uix pagra
ri poſſit. Aſiam appellari ab Aſio Manei filio lydi contendunt.
nõ ab uxore Promethei ut Herodotus tradit. Vnde & Sardis
familiam quandam uocitatam aſiadem dicũt. Lyræ phebeæ
Neptunus & Apollo ſtruxiſſe pergama tradunt Apolline enĩ
lyrã tangente mœnia cõdebant. Quid tibi de turba. Ampli
ficatio eſt: qua oſtẽdit amplitudinem & opulẽtiam regni troia/
ni. Atria. atria dicunt appellata ab atriatibus tuſcis illinc enĩ
exẽplum ſũptum eſt. Achaia. Græcia fertilitate nõ laudatur:
ſed ingenio. Domus. phrygia. Vrbis. Græcæ. Nec mi/
hi fas fuerit. Mira occupatio eſt de ſparte urbe diximus.
Beata. Fœlix. Parca. Sterilis. Cultu diuite. Ampliſſimo
ornatu & ſũptu. Iſte locus. Tã ſterilis ſparte taigeto mõti ſup

poſita eſt. paratibus. Ornatibus. Nouis. Hoc eſt phry/
giis. Cultus uirorum. Arguit per comparationem a minori
non decet uiros ornari: quos cum uideas ornatos quales credis
eſſe phrygias puellas. Theramneo rure. Theramne oppidũ
laconiæ non procul a ſparte ut Plynius meminit: ubi templum
erat Helenæ ſupra fanum Apollinis ut Herodotus tradit.
Phrygem. Troianum Paridem. Phryx erat. De Ganymede
intelligit: qui raptus a Ioue in formam aquilæ In ida dum uena/
retur illi in cælo pocula miniſtrat Hebe excluſa. Auroræ cõ
iux. Titonus. Laumedon liberos habuit Antigonen: Heſionen
Clitionem: Ioctaonem: Buccolionem: Priamum & Titonum.
Titoni pulchritudine aurora capta eum rapuit: ex quo filiũ Mẽ
nona ſuſcepit: qui cum ueniſſet in auxilium Priami intreemptus
ab Achille cum rogo aſſumeretur: uiſæ ſunt aues circum uolita/
re quæ fauillæ creditæ ſunt in illas conuerſæ: unde memnoniæ
appellantur. Dea. Aurora. Et ẽ auroræ diffinitio. Phryx
etiam Anchiſes. Anchiſes Veneris ad ſimoenta fluuium habi/
ta conſuetudine ex ea genuit Aenean. Virgilius tradit Anchi/
ſen ſepultum in eryce ſiciliæ monte. Cato tradit italiam petiiſſe
Varro enim aſſerit eius oſſa a Diomede erepta extitiſſe. Deĩde
cum palladio Aeneæ pariter reſtituta. Ad quod uidetur allude
re uirgilius cum dicit. Iteꝝ ſaluete recepti Nequicq̃ cineres.
Cui. cum quo. Nec puto collatis. Laudat ſe a forma & ætate
uituperans Menelaum non modo ab his: ſed etiam a genere.
Anteferendus. præponendus. Non dabimus certe. In odiũ
trahit Menelaum eum a genere uituperans. Atreus & Thieſteſ
micenis mutuis annis regnabant. Mercurius inter eos diſſentio
nem fecit ob eius filium Myrtilum a Pelope patre in mare præ
cipitatum. Orta diſſentione apud Atreum. Seruabat pellis au/
rea arietis phryxi in templo Iunonis: quã alii corinthi fuiſſe tra
dunt. In qua erat regni argiui fatum. Thieſtes itaqꝫ ut pelle po
tiretur Meropẽ ſeu Europen Atrei uxorem uitiauit: ex qua ge
nuit Tantalum Pliſtenem & Arpaginẽ: quos ſimulata pace epu
landos patri in ultionem poſuit atreus. A tanto ſcelere uolunt
ſolem radios auertiſſe: equoſqꝫ a curſu reflexiſſe. Clara limi/
na. Solis radios. Trepidos. Attonitos tanto facinore ſolis
equos qui quattuor ſunt. Nec priamo pater ẽ. pelops ut di/
ximus Atreum Thieſtem & Pliſtenem genuit. pliſtenes Mene
laum Helanæ uiꝝ. pelops arma contra Oenomaum ſumpſit:

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

eumq; peremit: ut filia potiretur uxore. Et ſi canunt fabulæ de
certamine in quo auxiliante Myrtilo Oenomai auriga promiſſo
primo Hyppodamiæ concubitu uictor extitit pelops: Myrti/
lumq; ipſum cum pacta repoſceret in mate proiecit: quod myr
thoum a caſu nuncupamuſ. Pater eſt ſoceri. Oenomai Priami
pater nõ peremit ſoceꝝ ut Pelops. Signet. Appellet. Aquas
myrthoas. Mare myrthoum. Crimine. Caſu Myrthili quem
præcipitauit Pelops in mare. Proauo noſtro. Ad Tantalum
alludit Pelopis patrem Menelai proauum. Damnatus eſt ad tar
tara Tantalus ꝙ filium Pelopem epulandum diis poſuerit: cum
aquam ad mentum habeat & poma ad uerticem: ſemper ſitit &
exurit. Quid tamen hoc refert. Correptio eſt quæ multum
facit ad odium concitandum. Ab illis. ſcilicet ſceleſtis. Tanta
lo: Pelope: Atreo. Domui. Nefariæ. Iupiter. pater tuus
quod indignum eſt. Ille. ſcilicet Menelaus cum bili & ſtoma/
cho expreſſum eſt. At mihi conſpiceris. Vix te uideo in mẽ
ſa. Exponit amoris ſui dum Helenam uideat furorem. Ruſti
cus ille. Menelaus. Nunc exprimit quid lædat in menſa. Rũ
por. Dũ uideo tales ãplexus. Et inuideo: Menelao. Quid
Adde referam. Fouet per laſciuiam ſollicitat ut illud Virgilii
in buc. Ille Neberã Dum fouet. Creſcit. Quia pre dolore nõ
abſorbeo. Flãmam. Amorem. Et ebrietas. In amoribus
Ouidius inquit. Sed dolor in blacrymas uerterat omne merum
Reuocas. Ob amorem in te meum. Sed dolor. Doleo hæc
uidere. ſed multo magis auertere a te oculos. Qualibet. quã
tum libet. Sentis mea uulnera. Geminatio iſta mouet affec/
tũ. Ah quotiens. Repetitio eſt. Potus. Fingens me ebri
um. Indicium meũ. Demonſtraui amorẽ meũ fingendo ali/
quẽ amaſſe. Aditũ. Viſũ. Pectora uel puris. Candorẽ cor
poris Helenæ laudat. Cõplexo. Qui cõplexus eſt. Ma/
trẽ. Ledã. Iupiter in formã cycni concubuit cum Leda Anſa
tortilis. poculoꝝ quæ tortilis erat uetuſta cõſuetudine Her
miones. Sex oſculata fueras Hermionẽ: ego protinuſ eidẽ oſcu
la detuli. Veteres reſupinus amores. Ore in cælũ reſupina/
to ex amoris affectu ut cytharedi facere cõſueuere: & alludit ad
ebrietatẽ. Ebrii enĩ r̃ſupinãt̃ ut ẽ apud Virgiliũ de Poliphemo
cũ dicit Medio reſupinus in antro. Errant enĩ qui dicũt Supinũ
mollem ſignificare. Nam elato pectore incedentes uiri ſupi/
ni dicuntur. ut Fabius autor eſt. cum de actione loquitur.

Veteres. ueteꝝ heroum. Tegenda occulta. Et comitũ pri
mas. Reliquit ipſam in fine ĩ ſollicitudine cum honeſtum uideat̃
facere diſceſſum ad perſonam aliaꝝ. Nuper adire. Conueni co
mites quas rogaui an mecum troiam petere auderent Medi/
as preceſ. Cum orabam diſceſſere. Dii facerent. Exoptatio ob
amoris inſaniã: unde inquit ſe poſſe euader̃ uiꝝ fortẽ & quæq;
certamina ſuperare. Vt tulit Hippomenes. ab exemplo pro/
bat. Neptunus genuit Onchestum: Oncheſtuſ qui in boetia re
gnauit: oncheſtumq; de ſe dixit Megareum: Megareus Hippo
menen. Hippomenes uero Atalantam puellam arcadicam filiã
Schœnei Iaſii curſu auxiliãte Venere ſuperauit: quæ illi tria ex
horto heſperidum poma tribuit. Hãc cum duxiſſet uxorẽ amo
ris impatiens Hippomenes in tẽplo matris deum complecti au
ſus eſt. Dea indignata illos in leoneſ tranſformauit. Puella ideo
coniugium abnuebat ꝙ ab oraculo exceperat fore ut ſe uiua ca/
rer&. Scheneida. Atalantã Schenei filiam. In ſinus phry/
gios. Pelopis. ſ. qui phryx ut diximus fuit. Alcydes. Hercules
Acheloia. Acheloi in tauꝝ conuerſi de quo diximus. Nil ſu/
pereſt. ad dicendum: niſi quod te deprecor. Nam omĩa demon
ſtraui tibi poſſe conducere ſi accedas ad uolũtatem meã. Aut
ego ſigeos. Aperit omẽ ſuum Helenæ deſiderium. Sigeos.
Troianos. Tenaria. Laconica. Aut te potiar aut moriar.
Non mea ſunt ſũma. Confutat amorem ſuum non eſſe leuem.
Deſtricta. Vulnerata. Deſcẽdit. penetrauit. Hoc mihi nã
repeto. A uaticinio arguit amorem ſuum eſſe maximũ. Caſſan/
dra ſoror Paridis Apollinis interpres uaticinata aſt fore ut Pa/
ris amore græcæ puellæ flagraret. Cæleſte. Veteres ple/
runq; auferendi caſum qui in i exit per e extulerunt: Teſtis eſt
Varro Attacinius in argonuautica dicens. Cingitur oceano liby
co mare flumine nilo. & Varro libro antiquitatum. Ab eritro
mare orti. Lucanus natale pro natali poſuit. Gentes marſ ille fu
turas Obruit: & populos æui uenientis in orbem Erepto nata/
le feret. Excipe me lecto. Petitio quæ ſurgere uidetur ex cau
ſa: Venerẽ maritam. Matrimoniũ. Viri. Menelai. Cõfutat
formoſas caſtas & ſine culpa cõſeruari poſſe. Lis. Quæſtio.
Luctat̃ pulchritudo & pudicitia Iupiter his gaud&. a diis cãm
facere honeſtã conat̃. Hæc furta. q̃m Leda p adulterium ex
Ioue cõcepit helenã. Vix fieri. Fer̃ caſta ẽe ñ potes q̃m Iouis
ea filia. Caſta tñ. cũ fueris troiæ ſis caſta: & ſoli mihi placeas.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Ea peccemus. Ea peccata admittamus. Hora iugalis. Quæ
nunc peccamus honeſta faciet noſtrum coniugium. Sed tibi
hæc ſuadet. Rem facilem fore oſtendit ab abſentia Menelai.
Rebus: Facto. Voce. Verbis. O mira calliditate. Irriſio
eſt ac ſi dicat. Stultus quidem eſt Menelaus qui te mihi cōmiſit.
Teſtor. Iouem hoſpitalem. Sine pectore. Inſenſatum homi
nem ſine pectore dicimus. Menelaus cum ſit ignauus bona tui
corporis ignorat. Falleris. Probat quare non cognoſcat Me
nelaus dotes corporis Helenæ. Secuꝝ. Ocioſum a Mene-
lao nobis datum. Iners: Quo non fruamur. Mandantis.
Vt me ſcilicet ueluti ipſum habeas. Sola iaces. Incōmodita-
tes exprimit: ut uideatur ex hac cōiunctione maximas cōmodi-
tates cōſequi uterq;. Longa nocte. Hiberna. Tunc ego iura
bo. Cōfutat deſerēdæ Helenæ ſuſpicionē. Aſtringam me ī
ſacra iura. Fidem tibi obligatione faciam de matrimonio. Pe
tas mea regna. Petes mecum troiam. Si pudet aut metuis.
Timorē pudorēq; Helenæ refellit transferēs culpam in ſe ip-
ſum. Criminis. Quoniam dicar ſine tua culpa te rapuiſſe.
Aegidæ. Theſei Aegei filii. Rē facit honeſtā ab exēplo The-
ſei & Caſtoris & Pollucis. Geminas leucippidas. Gorgō ex
Periere genuit Aphareum: Leucippum: Tyndaꝝ: & Icarium.
Aphareus ex Arene Idam: & Lynceum: qui cū argonautis na-
uigarunt. Leucippus ex Philodoce Pheben & Thelairam: quas
cum rapuiſſēt Caſtor & Pollux cū Ida & Lynceo ferro certarūt.
Lynceus Caſtora interemit: Pollux Lynceum: Idas a Ioue ful-
minatus eſt cum in Pollucē irrueret. Lynceus uiſu mōtes & tar
tara penetrabat ut iq̄t Balbus. Leucippidas. Pheben & The
lairam. Illi. Caſtor & pollux. Troica claſſis adeſt. Aperit
modum & rei perficiendæ facultatem. Ibis dardanias. Cōfir-
mat nō modo non damnādam fore Helenam: ſed ingētiſſimos
honores excepturam. Cynnama. Cynnami ſeu cynamomi
duo ſunt genera: album & nigrum. Nigrum precioſius naſcitur
in æthiopia: ubi ſunt troglodithæ populi: qui id ad portū ge-
bannitaꝝ deferunt: qui uocatur ocila. Vnde ſolum ad nos defer
tur. Coronas ex cynnamomo īterraſili auro īcluſas primꝰ oīum
in tēplis capitolii atq; Pacis dicauit imꝑator Veſpaſianus Au-
guſtus. Fuit & radix cynnami in tēplo palatii quod Diuo Augu
ſto Auguſta cōiūx dicauit patera aurea impoſita. Ex qua guttæ
editæ quot annis in grana durabantur: donec id delubrū incen-

dio eſt abſūptum. Plāget. Cadendo icet. Dona pater fra
treſq;. Liberi priami qui nominantur hi ſunt. puellæ: Creuſa:
Caſſandra: Ilione: Lycaſte: Polyſſena:. Mars. Paris qui & Ale
xander: Hector: Helenuſ: Chaon: Troilus: Deyphobus: Poly
dori duo: Elachus: Anthiopus: Teucer: Demochoō: Echemō:
Cremonon: Gergition: Cebrion: Phorbas: Doriclus: Panniō:
Antiphon: Agaton: Hipporis: Aganō: Laochoon: Niphates:
Teſtorius: Timetes: Polites: ex diuerſis uxoribus. Nec tu
rapta time. Refellit nō eſſe timēdum ꝙ reſtitui ſit neceſſarium
ne bellum ingruat. Aquilonis erychtida thraces. Exēplo ar
guit non eſſe timendū. Thraces duce Borea Orythiam filiam
Erychthei athenaꝝ regis rapuere: ex qua Boreas qui & Aquilo
dicitur genuit Zetum: Calain: & Cleopatram quæ fuit phinei
uxor. Erychthida. Orythiā filiam Erychthei. Biſtonis.
Thracia a biſtonio acu. phaſida. Medeam. Noua. prima
Pegaſeus. A ſinu pegaſico ubi fabricata eſt argo. Iaſon rapuit
Medeā: contra quē colchi bella non mouere. Minoida. Ari
acnam filiā Minois. Nulla tamē Minos. Minos cū cretenſibus
nō mouit bellū contra atheniēſes ꝙ Theſeus Ariacnam rapue
rit. Finge tamē ſi uis. Eſto ꝙ bellū ingruat. Copia. Rerū
fertilitas: quæ ad bellū conducūt. plus animi. Laudat ſe ab aī
uirtute. Abducta armenta recepi. probat ſuā fortitudinem a
rebus geſtis. Cilices in phrygiam irrupere dum paris in ida pa-
ſceret armēta: qui fugatis hoſtibus abactas boues recepit. Vn-
de a iuſtitia & paritate paris eſt dictus. Alii tradūt cum adole-
uiſſet in ſiluis: ſolueretq; cōtrouerſias omnes iuſtiſſime que in-
ter paſtores uerſarentur id nois eſſe ſortitū. Quare inter deas
de pulchritudine cōtendentes arbitrū exiſtere meruiſſe. In-
de a iuſtitia & paritate. In quibus Ilioneus. Sagittatione &
paleſtra paris ualuit: qua cū Hectora Ilioneū phorbātis filiū &
Deyphobū ſuꝑaſſet īdignatꝰ Hector ꝙ a paſtore ſuꝑaret dicit
illum perimere uoluiſſe: niſi detecto corpore fratrē ſuū exiſter
cognouiſſet. Iuſſo loco. Deſtinato ad ſagittationē. Facta
iuuente. Quia nil geſſit. Arte mea. paleſtra & ſagittatione.
Militis inſtar. Hector ſolus in bello ua et pro exercitu. Va-
leam. Qua uirtute ſim Mea robora. Quia me mollē exiſti-
mas. Aut igitur nullo. Concluſio eſt ab enumeratione: qua
inquit. Nō ſumetur bellū: & ſi ſumetur te defendā: deinde non
uituperandā eſſe tali rapina: ſed laudādā Helenā. præterea nō



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

timendum eſt: ſed ſperandū. Dorica caſtra. Dores populi in
peloponeſſo cum eſſent pulſi parnaſum incoluere. Deinde cū ꝑ
heraclidas in peloponeſſum eſſent reſtituti multas urbes condi
dere: & duæ tantū gentes remanſerūt in peloponeſſo eolica: &
dorica: unde græci dorici appellati ſunt. Cedent mō Marti.
A me deuicti erunt. Coniuge. Quanta eſt Helena. Certa-
men. Hoc bellum. Magna præmia. Helenæ coniugium.
Nomen ab æterna. Si tua cauſa bellabitur aſſequeris nominis ī
mortalitatem. Spem mō non timidam. Concipe ſpem non ti
morem. Hinc. ſparta. Secundis. Fauentibus. Munera
pacta. Matrimoniū & regnū meum quod tibi pactus ſū. Ple
na. Non fallaci. Speres quod fauentibus diis tu regnū troianū
& cōiugiū noſtrū (ut paciſcor) cōſequeris.

## SABINVS
## HELENAE RESPONSIO AD PARIDEM
## ARGVMENTVM.

NVNC OCVLOS TVA CVM. Sabinus poeta
Octauio Auguſto imperante incoatum faſtorum opus im
matura morte reliqt. Amauit Triſenen puellā: Epl'is Ouidii
qbuſꝗ reſpōdit. Tradit hoc ipſe Ouidiꝰ ī amoribꝰ his carmibꝰ.

Quā cito de toto rediit meus orbe Sabinus:
Scriptaꝗ diuerſis rettulit ille locis.
Candida Penelope ſignū cognouit Vlyxi:
Legit ab Hyppolito ſcripta nouerca ſuo.
Impius Aeneas miſeræ reſcripſit Eliſæ
Quodꝗ legat Phyllis ſi modo uiuat habet.
Triſtis ad Hipſyphilen ab Iaſone littera uenit.
Dat Phebo uotam leſbis amica lyram.

Sed quēadmodū ſuas oēs epiſtolas ea elegia nō recēſuit: eo pac
to nōnullas Sabini tacuit. Tacuit enī ex ſuis Laodomiā Hyper
meſtrā: Paridē: Lœādrū: & Acōtiū: niſi forte ceu ſacrilegꝰ has
etiā ab illo aliqs ſurripere audeat. Illud quoꝗ minime aſſētien-
dū eſt: Ouidiū puellaꝝ ſolū litteras ſcripſiſſe: Nā ſi ꝑ Sabinum
amica leſbis hoc eſt Sappho ad Phaontē ſcribit: oportuit Phaō
tiſ epiſtolā ad Sappho quæ nō extet Ouidiū ceciniſſe. Præterea
dicēdi figura id ipſū aīaduertēti diligētiſſime demōſtrabit: qm̄o
qdē nō ita redundās laſciuienſꝗ ſed duriuſcula atꝗ cōpreſſior

ut his quas uidemus epiſtolas Sabini conſpicitur. Eſt enī Ouidi
us uarius: laſciuiens: intemperans: redundat: fluit: ut uideatur
ſine labore naturæ potius beneficio q̄ꝫ ſtudio ſingula modulari
Epiſtolæ Sabini quæ extāt: Helena ad Paridem: Hero ad Lœ
andrum: Sappho ad Phaontem: fragmētum Cydippes ad Acō
tium eſſe traduntur. Sed de his hactenus. Nunc ad incepta per
gamus. Iupiter ex Taigeta genuit Lacedemoniā: Lacedemonia
Amyclum: Amyclus Argalum: Argalus Debalum: Debalus
Tyndaꝝ: Tyndarus ex Leda Helenam: Clytemneſtram: Caſto
rem & Pollucem. Fabulæ canunt Iouem in cycnum uerſum cuꝫ
Leda cōcubuiſſe: unde exorto ouo natæ fuerunt Helena & Cly
temneſtra. Helena igitur cum Paridis amorem per epiſtolā ex
cepiſſet ad eum ita reſpondet ut honeſtatem primo tueri uidea-
tur cum increpatione. Argumenta quibus nitebatur ad amorē
illam allicere confutat. Nonnulla intermiſcet ſemina: ne deſpe-
ret poſſe in amorem flecti. Tandem ad amantis uotū accedit.
NVNC OCVLOS. Principium eſt ab īcrepatione ut ſuū
pudorem uelle tueri uideatur: purgatꝗ ſe quare ſcribat. Vio
larit. Temerarit inter legendum. Auſus es. Audacem & ſō-
tem notat a temerata r̄ligione. Iupiter præeſt hoſpitio. Nup
tæ. Helenæ: Fide: Matrimonii. Ora tenaris. Irriſio eſt.
Portu. Cythio nauali. Spartanoꝝ nauale eſt poſt tenaron naui-
ganti maleam promontoriū nomine cythium habet nauium ſta
